SUPREMO ARCHIATRO ADJUVANTE,

Autoritate Gratioſisſimæ Facultatis Medicæ conſentiente,

PRÆSIDENTE

Magnifico, Nobilisſimo, Amplisſimo, Excellentisſimo, Experientisſimo

DN. CONRADO VICTORE SCHNEIDERO, Phil. & Med. Doct. ejusdemq; Prof. Publ. longè Celeberrimo, Facult. Med. Senior. Spectatisſimo, Princip. Anhalt. Archiatro Graviſſimo, Famigeratisſimo,

Dn. Præceptore ac Patrono meo ſingulari cultu ætatem devenerando,

In celebratisſimâ Academiâ Wittebergenſi

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

De

EPILEPSIA,

Ubi in Diagnoſi præter alia præprimis novisſima Magnif. Dn. Præſid. ſententia de vero veteribus incognito Epilepſiæ ſubjecto confirmatur: in Curatione prorſus Hermeticâ totum inſimul Chymiæ fundamentum de Spiritu mundi, mirabili totius naturæ concentu, lapide & menſtruo Philoſophorum cum aliis arcanis aperitur,

PRO LICENTIA

Honores, Privilegia ac Purpuram Doctoralem decenter conſeqvendi

Ad d. Febr. In Auditorio Maj. hor. ante- & pomerid.

publico examini ſubmittit

JOHANNES CHRISTIANUS Nettelbach/

LUBENA LUSATUS.

Literis MATTHÆI HENCKELII

ANNO M. DC. LXVII.

/78

BRITISH MUSEUM
SALE DUPLICATE
1787

D. D. I.

ΠΡΟΑΥΛΙΟΝ.

§. 1.

VNiverſam in mundo ſcenam fermenta ludunt, qvorum notitia ut nulla in ſcholis jejunior; ita nulla utilior: Helmontianum eſt oraculum, hoc eſt ex intimo naturalium centro depromptum. Aperi qvæſo L. C. divinum macrocoſmi librum, volve, revolve; omnes profectò ejus paginæ veriverbii hujus inculcabunt certitudinem: totam nimirum naturæ neceſſitatem fermenteſcentibus qvaſi ligatam ſeminibus. Sic nimirum ludit magnus univerſitatis Archeus per fermentorum modulos, ut nullam ſine his producat generationem aut qvicqvam aliud ſublime meditetur. *Tract. Imag. ferment. maſſem.*

§. 2. Hujus Philoſophiæ excellentiam ſi accuratius conſideremus, ſi cum judicioſis Sophiatris ad Medicinæ noſtræ dogmata applicemus, ſplendidiſſimum ſanè ædi noſtræ Aſclepiadææ affulgere exinde lumen extemplò ſentiemus. Videbimus enim & non ſine ſummâ jucunditate admirabundi perſpiciemus, qvàm elegantiſſimâ harmoniâ illuſtria majoris & minoris mundi opera concordent, qvàm ſimillimè omnia microcoſmi Aſtra Spiritus univerſalis rythmos amæniſſimo qvaſi concentu imitentur. *vid. Athanaſ. Kirch. Itin. Exſt. Dial. II. c. X. p. 443. Helmont. de magnet. vuln. Curat. §. 11. it. §. 54. & 60.*

§. 3. Fermentali balſamo ciborum puritatem in candidum chyli cremorem convertit benigniſſimus ſtomachi coqvus; fermentali vitalis purpuræ ſpiritu exaltat hunc illuſtriſſimus microcoſmi Phæbus, qvem Archeum nominamus: Svaviſſima fermenta ſunt, qvorum miniſterio balſamica fermentandi ac circulan-

culandi ſangvinis maſſa ad deſideratum perducitur à membrorum facultatibus ſplendorem, adeò ut etiam minimum corporis noſtri membrum fermentante qvaſi ſuo gaudeat ſtomacho, qvo conveniens ſibi præparet alimentum. Per fermentationem etenim purum ab impuro & vitioſo, hoc eſt, lucidiſſimus rerum Apollo ab obſcurâ tenebrarum nocte effectiſſimè ſeqveſtratur, ſine qva vitæ gemma protrudit nunqvam, nunqvam prominet exoptatum puritatis germen, qvod unicè florentiſſimum rerum enititur virorem. Fermenta qvamdiu ritè ſe habent, omnia in microcoſmo rident, jucundiſſima ubiqve viget ſanitas: exorbitantibus hiſce impuritatum moleſtiæ illicò ſubſeqvuntur, cruditatum colliguntur qviſqviliæ, morborum ſymptomatumqve audiuntur tragædiæ. Sic nimirum individuus impuritatis comes morbus evadit, ut vice qvoqve verſâ ſanitas & vita continua puritatis eſt pediſſeqva. Qvid? qvod fermentationem etiam jure nominamus, per qvam optima morborum curatrix Natura deſideratum rurſus molitur ſanitatis commodum, utpote qvæ, ſi malum ſentiat in corpore, mederi ſemper magnoperè geſtit.

Paracelſ. Tom. I. Param. L.3. de orig. morb. ex ♀ Tr. IV. p.m. 164. 168. Helmont. paſſim.

Hippoc. περὶ τεχν.

§. 4. Impoſſibile namqve eſt, ut ſpiritus vitæ noſtræ clavum tenens collectas impuritates ac cruditates ſine moleſtiâ tolerare poſſit, qvin ſtatim contra excrementitiam ſaburram tanqvam monarchiæ vitali inſigniter hoſtilem omni conatu tumultuetur, factâ fermentatione ſubigere àq; bono & laudabili ſucco qvantocius ſecernere & ejicere allaboret: ſub qvo fermentationis intervallo morbi ac ſymptomatum ſcena conſtituitur, dum nimirum fermentantes errantium digeſtionum humores diverſas morborum generationes repræſentant: qvando verò hæc ipſa putrefactio [Chymica licentiâ fermentationem ſic dicimus] naturæ ex voto jam finita, h. e. purum ab impuro & moleſto ritè ac feliciter ſecretum eſt, dulces optatiſſimæ ſanitatis rurſum ſentiuntur fructus, qvos tranſacta benè fermentatio cum inſigni totius naturæ tripudio producit. Et ſi è contrario virtus naturæ à copiâ vel malignitate excrementorum frangatur, ſiq; ferociens materiæ malignitas victrices ſuccumbente Archeo obtineat palmas, proindeq; fermenteſcentis à Naturâ fabricatæ pu-

trefactionis ſcopus, ut ſeparetur purum ab impuro, non qveat impetrari, totius œconomiæ interitus ac deſtructio ſeu ipſiſſima mors hinc neceſſariò conſeqvitur.

§. 5. Tandem ipſa qvoqve curandi felicitas ab ritè tentatâ fermentatione prudentiq; ipſius præcipitatione à ſummis Chymiatriæ Myſtis petitur ſapienter inſtitutâ imitandi conſeqventiâ. Natura etenim noſtra, licèt ἀδίδακτος καὶ οὐ μαθοῦσα, ſine doctore tamen docta optimè invenit ſuæ ſalutis vias, tanqvam continua rei melioris autor, optimam curandi methodum præſcribit ceu præpotens Medicorum præceptrix ac domina, ut paſſim Hippocrates, Theophraſtus, Helmontius ac alii eam vocitarunt. Non injuria itaqve Medici tanqvam illuſtres naturæ aulici ac obedientes ipſius officiales omnium conſiliorum ſcopos unicè in hujus reginæ ſuæ beneplacitum dirigere neceſſum habent, ut ſingula ejus auſa, utpote qvæ ſemper prudenti magis conſilio, qvam temeritate, facilitate potius qvàm violentiâ tentantur, commendatiſſima ratione promovere, imitari eâdemq; prudentiâ probatam corpori medelam afferre ſtudent.

Hippocr. Lib. περὶ τροφ. & 6. Epid. ſ. 5. Ariſtot. l. 2. de part. anim. c. 14. & l. 2. de cæl. c. 5. Paracelſ. Tom. II. Tract. I. Paragr. p. m. 23.

§. 6. Hanc igitur tam fermentantis naturæ, qvam medici bonitatem optimè illuſtrabit Epilepſia, qvæ omnes ætates ac complexiones mortalium miſerrimis modis promiſcuè proſternit, & æqvè lactentes cunas, qvam vernos juventæ flores ac ipſas qvoq; albentes comas ærumnoſiſſimo impetu conqvaſſat. Non niſi acerrimam naturæ noſtræ luctam horrenda ejus ubiqve oſtendunt ſymptomata per fermentantem excitata Naturæ bonitatem. Qvid indicat qvæſo inopinatus epileptici tanqvam infauſto fulmine ſiderati caſus? portentoſa capitis ſangvinolenti propemodum in terram alliſio? terrificus dentium ſtridor, torva oculorum ſcintillantium circumrotatio, inconditiſſimus non rarò fremitus ac ſtertor, ſpumeſcentium labrorum ſpurcities & ſtupenda totius ſtructuræ microcoſmicæ concusſio cum ærumnabili omnium ſenſuum eclipſi? Nil profectò aliud, qvam ſummam totius Naturæ confuſionem, ſummam Archei cum causâ morbificâ prælium, qvod pulcerrimè à ſublimioris Jatroſophiæ Candidatis audit Fermentatio.

Helm. paſſ. Pet. Joh. Fab. Sapient. univ. l. 3. Lang. in Præf. ſuper Kirch. ſcrutin. de Peſt. & ubivis in MSS.

§. 7. Hoc jam impræſentiarum uberius in ſubſeqq. Capp. demonſtrare loco Inauguralis Diſſertationis juſſu Nobilisſimæ Facultatis Medicæ intendimus periculum facturi, an voti Cratoniani compotes fieri qveamus, qvod tanto deſiderio veram & genuinam Epilepſiæ cognitionem nec non indubitatum ejusdem remedium ante fatalem vitæ terminum exoptavit. Tanto autem oneri cum impares admodum noſtros cenſeamus humeros, benedictam heic fibritus invocamus Trinitatem, qvò illa hisce conatibus noſtris benedicat, inq; nominis ſui gloriam plurimorumq; ægrotantium ſalutem feliciter addat.

CAPUT I.

Ὀνοματολογίαν *exponit.*

§. 1.

Galen. l. 3. Simpl. c. 12. NOminum ſignificata probè diſtingvere maximum ſanè ad rerum cognitionem habet momentum, verisſimè dixit Pergamenus, ut inde elegantisſimè Divinus Plato ſtatuerit eſſe tanqvam eſſentiarum vehicula & qvasdam excogitatas rerum declarationes.

§. 2. Aptisſimam ſi qvis deſiderat affectus noſtri notionem, non meliorem ex Autoribus dare poſſum, qvam Epilepſiæ, utpote qvæ viſcera & medullam ejus optimè omnium explicat, ac proinde principatum à Medicinæ primatibus meritò affectat.

§. 3. Græcanicam ejus eſſe originem norunt vel illi, qvi Philologiæ marginem obambulant, ubi iterum optimum hoc eſſe nomen Græciæ obtrudit felicitas: comprehenſionem, invaſionem aut retentionem denotat etymon, qvod hic affectus prehendat mentis intima, inſidiosè invadat functionum principalium munia & horribiliter ſenſuum fortitudines qvaſi ligatas victasq; detineat.

§. 4. Reliqvæ appellationes omnes remotiores vel eventum aliqvem fortuitum, vel ſævitiem hujus ærumnæ, vel alia concernunt, qvas ſi ob decentem ordinem [οὐδὲν γὰρ οὕτως οὐτ

εὔχρυσον, ὅτι καλὸν τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις] huc referam, fortè æqvum lectoris animum non violavero.

§. 5. Divinum appellant, vel, qvod divina Palladis aula tunc laboret, qvod Platoni placet, vel qvod divinitus qvaſi mortalibus irruere hanc credebant priſci. Cui notioni favere etiam videtur nomen comitialis, eò, qvod ob ſingulare hoc ipſis creditum portentum comitia præſente epileptico ſtatim dirimerentur. Herculeum ſeu Herculanum vocant, vel qvod Hercules eo laboraverit morbo, qvod Ariſtoteli arridet, vel potiùs ob atrocitatem & magnitudinem, qvod curandus Hercule indigeat, hoc eſt, illis adnumeretur, qvibus nullus Medicorum [vulgarium puta ac triobolarium] deſideratâ ope ſuccurrere poſſit, ac propterea Herculeâ clavâ monſtrum hoc edomandum, ſeu heroicis ac planè divinis remediis affectus tam horridus expugnandus veniat, ad qvam appellationem à Medicorum Cicerone Major, ab aliis ſacer indigetur. Sontibus qvoniam juſtam abſentiæ purgationem teſtibus Plinio Gellioq; in foro afferebat, ſonticum fortaſſean dictum colligere poſſumus. Mater puerorum vocatur, qvod tenella hæc ætas ignominioſo hoc affectu non rarò parentum excutiat lacrumas. Helmontius cum Paracelſo à ſubitaneo, qvem infert, caſu caduci vocem amarunt, qvorum poſterior etiam Viridellum à remedio vocare auſus fuit, ubi ſuo abundare ſenſu qvemlibet permittimus: In verbis enim ſimus faciles, modò in rebus conveniamus. Noſtrum idioma vocat die fallende Sucht / die ſchwere Noth / die ſchwere / groſſe / böſe Kranckheit / das ſchwere Gebrechen / &c. Pauca hæc de nominali definitione ſufficiant, cum vilioribus diu inhærere haut operæ pretium ducamus, ſi graviora & conſideratu digniora ſuperſint. Propero itaqve ad

Celſ. L. 3. c. 27.

Aretæus de cauſ. & ſign. morb. diut. L. 1. c. 4.

Param. L. 1. c. 6. p. m. 95.

CAP. III.

Definitionis Realis,

§. 1.

Et omiſſo ſeu potiùs fracto hoc nominalium repagulo proximius cubiculum accedo pathologicum, ut thalamis meo-

cum epilepticorum acceptiorem me exhibeam medicum, genuinæ naturæ epilepticæ penitralia ſummis viribus perveſtigaturus. Non autem titubabo inani afflatus autoritatum ventilabro aut, ſtultâ percitus occultarum qvalitatum admiratione cum juratis occultæ hujus ſapientiæ mancipiis meris autoritatibus veritatem jugulantibus concidam; ſed libero pede Medicorum peragrabo commentaria, ſolius veritatis inſiſtam veſtigiis, πολυθρύλλητον illud, non qvis dicat, ſed qvid dicatur, qvod Sennertus etiam in hoc paſſu obſervandum præcipit, ubiqve ſummo ſtudio obſervaturus. Talem itaqve lubet pangere definitionem.

§. 2. *Epilepſia eſt motus convulſivus totius corporis cum actionum principum, ſenſus ac motus voluntarii ablatione, ab irritatione facultatis naturalis expultricis partium corporis ortus.*

Aliis placuerit forſitan hæc: Eſt Symptoma facultatis animalis abolitæ, ingruente ſimul motu totius corporis convulſivo, ab irritatione vehementiſſimâ Facultatis Naturalis Expultricis in genere muſculoſo reſidentis oriens.

Vel

Eſt actionum principum, ſenſuum externorum motusqve voluntarii ablatio & ceſſatio cum totius corporis motu convulſivo, à vehementiſſimâ vel per alias animæ facultates vel per res alienas factâ irritatione Facultatis Naturalis Expultricis in genere muſculoſo reſidentis originem ducens. Nos primam amamus & reſolvimus.

Hoffman. l. 3. Inſt. c. 12. Faber. l. 3. Sax. univerſ. ut & Langius Prof. Lipſ. in Animodo. MSS.

§. 3. Utut Medicorum libertatem Logico rigori neqvaqvam adſtrictam ex decreto Medicinæ Procerum optimè norim, qvi rejicientes hanc torturam uſibus attenti medicis liberrimo pede ſtatim pulſant theatrum pathologicum. Ne tamen forſitan & ego ad juſtiſſimum hoc tribunal reus accuſer,

hanc

hanc ſecundum optimum Medicorum morem fingere malui omni ex parte adornatam omnibusqve numeris abſolutam.

§. 4. Ultimæ autem claſſi præternaturalium corporis accidentium, qvæ Symptomata audiunt, jure merito noſtrum, qvem præ manibus habemus, affectum adſcripſimus cum toto Dogmaticorum choro, cujus aſſertio Sole meridiano clarior elucet. Paracelſicorum enim & Helmontianorum contrarietates, qvæ nos heic remorantur, ex ſolâ malè intellectâ philoſophiâ deſcendunt, qvorum craſſiſſimi errores ex referendis ſententiis illicò patebunt.

§. 5. Inferunt enim primò heic nonnulli Paracelſicorum, omnes morbos & ſic etiam Epilepſiam non eſſe accidentia qvædam corporis humani, ſed potius entia realia & ſubſtantias; ſedem morborum dicentes non eſſe membra cadaveroſa, ſed potius tincturas Spirituales membris præſidentes, humorumqve poteſtates ens illud morbificum in ſe continere atqve fovere; experientiâ qvoqve inſtant cum Scheunemanno ridiculè aſſerentes, ſe vidiſſe febrim rejectam tertianam ſeu materiam febrilem egeſtam in tertianâ febre, in terrâ adhuc rythmos & veluti numeros tertianæ æſtu, ebullitione aliisqve exactiſſimè imitantem, ubi ſtatim ceſſarit febrilis paroxyſmus. Et qvem non offendit Theophraſti lectio, cui nihil conſvetius, qvàm nunc podagram, nunc caducum, &c. eliminandum eſſe, aſſerere. Sic etiam tota Paracelſicorum cohors morbos, cauſas, ac ſymptomata mirâ ac valdoperè culpandâ licentiâ confundens accurati legentis bilem haut injuria non rarò inflammat. *Parac. Tom. IV. de ead. Matr. p. 384.*

§. 6. Sed & ipſe ſingulari ac raro acumine aliàs omnibus admirandus Helmontius hoc veneno à Paracelſicis non ſolum ipſe fuit inebriatus; verùm etiam omnibus pro nectare demens hoc poculum propinare non fuit veritus, dum paſſim ſubſtantias & entia realia morbos & ſymptomata indubitatò credit aliisqve miro conatu perſvadet. Tali autem heic utitur ſubtili ſatis ratiocinio: Nimirum omnes morbi, *inqvit*, diametraliter vitæ ſunt oppoſiti, & à materiâ qvâdam occaſionali excitantur. Iſta nimirum, ſive intrò allata, ſive intus genita, ſive coagulabilis, *Helm. Tract. Ignot. Hoſp. Morb. §. 8. Lib. c. §. 31.*

labilis,

labilis, ſeu putrefactibilis, diſſlabilis demum vel induteſcens
§.43. ſemper tantum occaſionaliter naturam irritans inſtar violenti
§.41. hoſpitis impetum facientis hoſpitium atqve jus violat, & œconomiam turbat. In qvo ipſo tumultu & irritatione Archeus laborando per ſuas paſſionum exarthroſes & parturiendo ſuarum perturbationum ideas, procurat de ſui ſubſtantiâ portionem aliqvam diſponere juxta fines, qvos in iſtâ ſui alienatione
Tr. Catarch. deliram. §.60. Tract. Ignot. Hoſp. Morb. §.43. propoſuit ſibi atqve toti hoſtiles. Seu; qvoties in ſpiritum impetus facientem aura peregrina, odor, fermentum ſeu ſemen exoticum ſuſcipitur, ſtatim hoc ipſo concepto hoſtili ſemine deturpat Archeus partem aliqvam ſui propriam pingens in eâ ſimilem ſuæ exorbitationis ideam. Qvæ ipſa pars vitæ à charactere
Tr. Catarch. deliram. §. 60. Tract. Ignot. Hoſp. M. §.32. re morboſo Archei collutulata devicta ac degener confeſtim à communione vitæ excluditur, ſicqve excluſa ſtatim fit hoſtilis vitæ adhuc reſiduæ ſive in ſui adhuc integritate conſtitutæ. Atqve ita idem hæc à vitali aurâ recedens tanqvam efficiens initium in parte Archei tanqvam materiâ reſidens ſive depicta eſt verè ipſe morbus ſeminalis: ſeu nata ab Archei furore idea in-
L.c. §.10. formans aliqvam partem Archei eſt ipſe morbus ſeminalis, qvi notâ hâc ſigillari inſignitus gnarus eſt rerum ſibi agendarum,
§.40. hoc eſt, ſimilis in corpore excitandi, qvalis in Archeo primùm excitabatur, tumultus. Sic ſedet omnis morbus in abſceſſu Archei vitalis, hujus lumen vitiat & ob ſymbolum, qvod cum vitâ
Tract. de Mor. Archeal. §.17. participans commune habet, in eam hoſtiliter agit, eam ſibi conformem reddit, & vitioſo fermento indeſinenter inficit, ut ſic continuò Spiritus vitæ in organis concluſus ſuas patiatur procellas à morboſis inibi depictis ideis.

§. 7. Hæc eſt genuina illa Helmontii mens, hoc illuſtre ipſius acumen, vel ipſo invidiæ livore fatente; cujus compen-
Tr. In. punct. vit. ſubj. inhæſion. morbor. p.m. 426. dioſum fundamentum ſic ab ipſo fuit coanguſtatum. *Morbus eſt vitalis poteſtatis actus idealis efficiens, induens ſibi veſtem ex Archeali materiâ atq; acqvirens formam vitalem & ſubſtantialem juxta differentiam tarditatis & celeritatis ſeminum idealium.*

§. 8. Sic videmus, qvàm ingenioſiſſimâ ſubtilitate hic Paracelſi errorem probare anniſus fuerit certiſſimè ſibi perſva-

dens,

dens, hunc conceptum in Archeo ſeminis morboſi characterem formali ac materiali principio oriundum eſſe verum morbum occultum hactenus toti mundo hoſpitem: atqve ita non accidens aliqvod, ſed ſubſtantiam manifeſtiſſimè eſſe morbum, cujus veram naturam ac genium huc uſqve vel in *orco Plutonis* aut *chao viciſſitudinum* ſepultum fuiſſe credidit; qvamobrem etiam τὸ divinum Hippocratem accuſaſſe aſſeverat. *Tract. de Id. morboſ. §. 26.*

§. 9. Verùm propitii mihi ſint illius manes, ſi revera in *chao viciſſitudinum* natam hanc eſſe doctrinam hoc modo approbem: Orcus Plutonis ipſi eſt ille inviſibilis Paracelſi iliadus, Perſarum Oromaſis: revera etiam inviſibile ac propemodum imperſcrutabile eſt hujus doctrinæ centrum; mirabilis eſt hæc idearum morboſarum ſubtilitas, qvam diſcutere nec hujus eſt loci, nec noſtri ingenii. Ad rem itaqve, cujus gratia hæc fuerunt prolata, accedo.

§. 10. Certè, niſi prægnantiores rationes hos ſublimes viros in pulverem contra Dogmaticos invitaſſent, utiqve hæc acies contemtum ſortita fuiſſet exitum. Mirandum ſane tam perilluſtres viros, qvi totum aliàs terrarum orbem præpollenti medicaminum & ingenii teſtimonio in ſui admirationem traxêre, tanti erroris unqvam meminiſſe, nedum aliis perſvadere potuiſſe, morbos & ſymptomata ſubſtantiis adnumerandos. Concedimus eqvidem ſubjectum morborum inſimul etiam eſſe Spiritus, verùm ſubjecta, cauſas & morbos pro uno ac eodem venditare, non eſt philoſophia, ſed potius confuſiſſima inſcitia. Non enim Spiritus aut humores ente morbifico defœdati conſtituunt morbos, ſed ex illis promanantes qvalitates hanc vel illam actionum læſionem inferentes, uti nec ſanitas ſubſtantia dici poterit, tametſi ex ſpirituum, humorum ac partium ſolidarum naturali potentiâ promanet. Ponamus ideas Helmontii eſſe veras, qvæ agant tam hoſtiliter in vitam, non tamen hæ erunt ipſi morbi, ſed potius talium excitantes cauſæ. Concedamus ideam qvandam veneno opiato collutulatam eſſe, per qvam caducus ſua in cerebrum ſpicula vibret; qvid aliud infert? qvam hanc ipſam eſſe genuinam epilepſiæ cauſam, cum non prius manife-

ſtetur aut dicatur Epilepſia, qvàm donec venenata hæc idea talem functionum naturalium ac animalium inducat læſionem; qvæ utiqve qvædam eſt ex ideâ morbificâ proveniens qvalitas, qvam ſymptomatis notione circumferimus. Videat itaqve accuratus Sophiater, ne cauſam cum morbo confundat, aut præternaturalia illa accidentia ſine corporis ægrotantis reſpectu conſiderato injuſtè circumferat.

§. 11. Manet itaqve Epilepſia Symptoma, qvi ſecus ſentiunt, illos nos ſublato cum riſu digito deſeremus cum verbo PROBA, ut lepidè jocatur de occultis qvalitatibus loqvens acutiſſimus Hoffmannus.

Lib. 2. de medicam. officin. c. 162. §. 142.

§. 12. Jam proximius ad generis proximi enucleationem veniamus, cujus determinatio ſuis utiqve non caret difficultatibus, ob tantum tamqve intricatum malorum conferto veluti agmine tunc ingruentium concurſum. Freti tamen Magnifici Dn. Præſidis judicioſiſſimo acumine, qvo accuratiſſimè occulta epilepſiæ penitralia primus aperuit, motui convulſivo totius corporis generis ac formæ principatum detulimus, ablationi verò actionum animalium tanqvam Symptomati Symptomatis poſteriori loco cum principali aſſociavimus, tum, ut præprimis veterum ſententiarum abſurditatibus nuncium mitteremus, tum à convulſione & particularibus convulſivis motibus diſcerneremus; ubi ultimò heic probè notandum ſubjungimus, de perfectâ & conſummatâ epilepſiâ heic noſtram ſolummodò accipi debere definitionem: atqve ſic nihil nos movent obſervationes Bruner. Conſ. 14. Marc. Donat. l. 4. H. M. mirab. c. 4. Beniv. Eraſt. in Anat. lib. Com. Montan. p. 2. Valet. in Schol. ad c. 16. Holler. Qvercetan. in Tetr. c. 8. Neucranz. lib. de *purp. c. 33.* ubi mitior ac debilior cauſa horum ſymptomatum vehementiam remiſit, ut ſpuriarum nomine non injuria veniant apud *Vinc. Alſar. de Cruc. de Epil. lib. 4. L. 2.* Ceterorum in Definitione noſtrâ dictorum uberrimam explicationem ſeqventia ſuppeditabunt capita, ubi inſimul verum ejus ſubjectum motus convulſivi principatum præ functionum animalium inſeqvente ceſſatione abundè declarabit.

CA-

CAPUT IV.
De vero Epilepſiæ ſubjecto ſolicitum eſt.

§. 1.

AMpliſſimus eqvidem, L. B. controvertendi campus heic nobis aperitur, qvem ingredi tamen cum materiæ ſublimitate & tractandi raritate deterret ingenii tenuitas. Sic nimirum nullibi Medicina hoc gratiæ à clientibus ſuis promereri potuit, ut ſimplici fide opera ejus crederentur, plus ultra ſemper tendunt illuſtres animæ, jugulum naturæ mirâ petunt audaciâ, adverſis ubiqve concurrunt frontibus. Qvàm diſcordant Autorum de vero Epilepſiæ omniumqve morborum ſubjecto ſententiæ! Qvam diverſiſſimæ de affectuum ſede clangunt contrarietates! Et meritò qvidem, me judicante: non infirma enim fundamenti Apollinei eſt columna hæc de primariâ ſede utiliſſima diſqviſitio, qvam propterea non poſſum non aliqvantillum perſerutari.

§. 2. Ariſtotelis Soldurii citra dubietatem in caduco cordis tuebuntur partes, illudqve primariò heic laborare affirmabunt, utpote certiſſimè perſvaſi, ſenſum communem &c. non à cerebro ſed corde promanare. Sic enim illorum Monarcha ipſe: Cor in parte priori & medio eſt ſitum, in qvo principium vitæ, omnis motus & ſenſus cenſemus. Cujus autoritate freti cordi principatum libentiſſimè deferunt, qvippe ubi reconditum ſit illud proximum animæ inſtrumentum, ignis nimirum animalis, qvi cum ſubtiliſſimâ ſangvinis tinctura per venarum canales in ſingula corporis membra adeoqve ſenſuum etiam organa ad ſenſum motumqve deferendum derivetur: qvibus ſubtractis vel impeditis juſtam ſenſationem ſive motum in omnibus partibus & ſenſuum organis fieri ſit impoſſibile. Inde etiam commotus cum aliis *Profeſſor Helmſtad. Valentinus Henr. Voglerus* Epilepſiam ab obſtructione arteriarum carotidum ſ. venarum jugularium à corde ad cerebrum tendentium ut plurimùm oriri ob ſymptomata eam concomitantia credidit.

Conring. Diſſert. de Somn. §. 45.

Ariſtot. 3. de part. anim. c. 3.

Conring. l. c. ubi & Matth. 15. & 12. & Luc. 6. allegat.

Tract. de Venen. §. 105.

§. 3. Sed enimverò injuſtè hi cerebro vel potius inibi magis conſpicuæ virtuti animali hanc ſentiendi energiam ſuffurantur & iniqvè cordi aſcribunt, utpote cujus dictamen & virtutes

 longè

longè meliori ratione ipſi ſaugvini tanqvam primario animæ inſtrumento aſſignamus.

§. 4. Galenici ſolidis partibus morborum ſedem aſcribentes cerebrum, & qvidem alii ventriculos cerebri anteriores cum *Galeno & Avicennâ*, alii medium & poſtremum cum *Altimaro*, qvidam medullæ ſpinalis principium, qvidam meninges & ventriculos ſimul cum *Unzero*, nonnulli ſolas meninges, nonnulli etiam nervoſum genus, à qvo tamen iniqvisſimè ac falſisſimè hunc motum effici dudum viderunt *Eraſtus in Diſp. de Convulſ.* §. 105, *Rolfinc. Diſſert. Anatom. Groſſ. de morb. capitis* & alii, heic accuſant, qvarum ſententiarum varias explicationes Autorum monumenta ſat copiosè ſubminiſtrant.

§. 5. Verùm & hi â vero ſcopo aberrarunt diverſisſimis opinionibus fallacisſimam inconſtantiam ſatis ſuperq; indicantes. Superſtruxerunt horum non pauci hanc de cerebro & cerebri ventriculis opinionem arundineo ſ. arenoſo maximè fundamento ac ſi cerebrum facultate qvâdam movendi gauderet, cum tamen fundamen hoc *Galeni, Avicennæ, Andernaci, Bauhini, Riolani*, &c. præter CL. hujus ſeculi Scriptores *Platerum, Highmorum, Conringium, Hoffmannum* & alios famigeratiſſima Magnifici Dn. Præſidis monumenta nervoſiſſimè jam jam annihilarint, & ſic totius hujus ædificii rudera ſpontè inſinuarint. Deinde non poſſum etiam, qvin craſſum illum Galenicorum nonnullorum errorem heic aliqvantulum notem, cujus neſcio qvâ venenatiſſimâ peſtilitate infecti ſolis ſolidis partibus tũ vitales actiones & naturalem potentiam, tum etiam morborum ſedes primariò adſcribunt. Omnes, qvi facultati vitali conveniunt, affectus cordi, qvi animali, cerebro, injuſtiſſimè adjudicarunt, qvaſi h ſint principes totius regni microcoſmici, qvaſi in ſolo horum fano & luco totius vitæ ac mortis conditiones unicè laterent. Hoc ſane eſt cum vulpeculâ Aſopicâ vitrum lambere & pultem non attingere. Qvid abſurdius credi potuiſſet qvàm mediantibus nervis, arteriis ac venis partes conſentire? in cordis ſubſtantiâ tanqvam regio throno calidum innatum & totam ferè animam ibi ſolummodò hoſpitari: ſenſum cõmuné &c. in ventriculis cerebri reſidere, ad qvos omnia objecta dijudicãda tranſmittantur.

O mi-

O mirandæ affaniæ! qvaſi anima ejusqve facultates certo loco eſſent alligatæ, qvaſi ipſæ facultates influerent. Sanè niſi his tenebris liberetur Medicina, nunqvam diei lucem aſpiciet.

§. 6. Conſpexerunt hunc errorem *Paracelſici* maximè Galeniſtis contrarii, dum rejectis his Galenicorum dogmatis *Archeum* ſuum vitæ moderatorem tanqvam principalem omniũ morborum ſedem obtrudunt. Illum eſſe τὸ impetum faciens ac divinum Hippocratis, benignisſimum microcoſmi Jovem inculcant. Hic ſpiritus iſtis eſt lumen ſeu luminoſa ſubſtantia in occulto corporis & qvarumlibet ejus partium centro delitescens, Sol rerum internus, cœleſtisſimum naturæ 🜍 & ſperma elementorum in aſtralem exaltatum puritatem. Hic Archeus ipſis eſt unicus conſervationis, generationis ac renovationis promotor, ſenſationis ac motionis, qvin & totius recturæ microcoſmicæ rector, qvi omnia, qvæ ipſi obſunt, exqviſitisſimo ſenſu percipit, impetuosè abigit tanqvam executor animæ fidelisſimus. In hoc tanqvam qvodam proſcenio agi dicunt omnes morborum ac ſymptomatum adeoq; & noſtræ Epilepſiæ actus, partes ſolidas tanqvam cadaveroſas ubiqve fermè ex pathologia ſatis iniqvè proſcribentes: ſatis iniqvè dixi; qvid enim hoc eſſet aliud, qvam ex ſolis ſpiritibus conſtare hominem, abſurdè ſtatuere? Vide *Tom.III.Lib.de Virib.Membr.&c.Paracelſ.it.Helm. Tr. Arch. Fab.* §. 5. *&c.*

§. 7. Hos preſſo ſententiæ ac ordinis pede inſeqvitur *Helmontius*, ſacerrimus ille ac religioſisſimus ſtomachicorum ſponſalium pactor, qvi verè inauditâ qvâdam meditatione connubium ac thorum ſplenis ac ſtomachi pro principali qvodam totius corporis regimine publicavit. In hoc, ait, tanqvam regio palatio reſidet anima caduca ſ. ſenſitiva, qvæ ex tenui oris ſtomachici membranâ vitales univerſim poteſtates in omnia corporis membra radiat & vitæ ſuæ luminoſæ ſpiraculum in organa indeſinenter ſpirat. Cum igitur heic eluceſcant præprimis reſidentis animæ magnalia; omnium autem morborum injuriæ hanc principaliter petant, neceſſariò qvoqve concludendum: heic locari illud genuinum morborum theatridium, in qvo diverſæ

Helmont. Tr. Ign.act. regim. in fin. §.49.*ſ. ultim. Tract. Jus Duumvirat.*

ſymptomatum tragœdiæ mirâ qvâdam laſciviâ indies luduntur, particularibus membrorum præſidentibus Archeis repræſentant contremiſcentium idearum ſcenas. Irruunt in vitæ janitorem ſive tutorem Archeum & in ipſius qvoqve animæ caducæ intima ob paritatem ſymboli ſublunaris penitrant qvotidiè morborum claſſes, cujus ſuſceptæ exorbitantiæ ferocias variis membrorum ſpiritibus affricat, ut ſic primariò in omnibus morbis ſeminalibus teſſera furoris morboſi in atrio ſtomachi verſetur, ubi ſuas primitus excitet anxietates & ſuſpiria, cujus modum optimè ex præcedenti capite haurire poteris. Oritur Epilepſia, inqvit hunc doctrinæ nervum ad præſentia adſtringens, qvando anima ſenſitiva in ventriculo reſidens lumen ſuum in organa radiare ceſſat. Os enim ventriculi nomenclaturam & vicariatum cordis ſuſtinet, graphicè ejus ſenſum, nobilitatem, teneritudinem, pasſiones reliqvosqve cordis rythmos exprimit; in hoc tanqvam centrali puncto aut radice ſtabilitur vitæ Archivum [qſ. die Lebens Caſſe] & principium, ut hinc ciborum digeſtio in vitam dirigatur & poſtmodum in omnes digeſtionum particularium culinas vitalis hic vigor exinde manifeſtisſimè traducatur. Ex hoc corporis centro repentinas eclipſes, apoplexias, epilepſias, vertigines, ſopores, vigilias, cephalalgias, amentias, convulſiones &c. oriri manifeſtum eſt, ubi non ſecus animæ lumen intercipitur, atqve ſi foramen ſubitò claudatur, per qvod lumen in locum obſcurum alioqvi diradiare ſolet, de qvibus opinionibus varios ipſius imò penè omnes Tr. legere expedit, præprimis verò Jus duumvir. ventr. it. morbor. ſed. in anim. ſenſit. it. Ignot. act. regim. it. in punct. vit. ſubj. inhæſionis morb. &c.

Tract. Confirm. morb. ſed. in anim. ſenſitiv. §. 2.

§. 8. Ceterùm profectò acutisſimus hic vir nimiis dementatus ſpeculationibus nimiæq; ingenii fidens felicitati heic humani aliqvid paſſus eſt. Uti enim nemo ſaniorum glandulæ Carteſianæ fugacitatem pro ſolio radios in omnes microcoſmi oras ſpargentis animæ facilè agnoſcet, ipſe qvoqve *Carteſius* forſitan ſuam materiæ ſubtilitatem atqve hanc animæ ſedem ſolius melioris doctrinæ gratiâ ita protulit: parili qvoqve ratione

hanc

hanc membranæ ſtomachicæ majeſtatem conſtanter negamus. Tota enim eſt anima in toto, ac tota in omnibus ejus partibus, id qvod ipſe etiam fatetur, dum animam vix alligatam loco, præſentem ubiqve eſſe, lumen ejus qvoqvoverſus per vitam ſparſum infert. Magnam & admirandam huic Duumviratui præſidere virtutem, nervorum & arteriarum contextus abundè teſtatur: Lienem etiam balſamicâ ſuâ ac fermentali ſpirituum bonitate non parum ſtomachicæ facultati afferre ſubſidii, vix poterimus negare. Imò ſi *Helmontius* ob ſingularem horum viſcerum imprimis ventriculi nobilitatem animæ magnalia maximoperè ibidem manifeſtari credidit, tantum abeſt, ut ipſi fidem negemus, ut potiùs toto pectore in hujus nobilisſimæ ſententiæ asſenſum confeſtim deſcendamus, cum perſpectisſimum nobis ſit, qvantâ benignitate ſtomachi Archeus omnia corporis humani membra reficiat, qvanto deſiderio ejus liberalitatem totum corpus expectet, qvanto jubilo ejus jucunditatem excipiat, qvàm mirabili deniqve conſenſu hujus langvorem univerſi microcoſmi regiones ſentiant ac doleant. Animam autem illic veluti in lecto qvodam reſidere, omnes cerebro aliàs aſſignatas facultates inde originem trahere, adeoqve ipſam qvoqve epilepſiam ab hujus tenebris provenire, intrepidè negamus, donec clariorem, qvod vix continget, & probabiliorem hujus doctrinæ proferat explicationem.

Tract. c. Confirm. §. 2. *it. Tr. Ignot. act. regim.*

§. 9. Alii medii beatitudinem captantes nec cum *Galeno* ſolum cerebrum, tanqvam partem ſolidam, nec cum *Paracelſo* ſolum ejus Archeum; ſed cerebrum, qvatenus præprimis ſuâ animali luce radiat, pro principali ſubjecto agnoſcere malunt, & qvidem vel tota Medicorum accuratiorum corona hujus membranas ab aurâ malignâ irritari & affici hactenus credidit, omnibusqve ceteris ſententiis ob meninges haſce maximè ſenſibiles & ſic ad irritationem apprimè idoneas hujus ſpecialioris ſubjecti denominationem antepoſuit.

§. 10. Sicuti autem aliàs ſæpè uſu venit, ut illa, qvæ communiter affirmari ſolent, communiter etiam ſint falſa [qvod de perpetuâ nutritione dixit *Voglerus in Præl. publ. Diet. MSS.*] Sic

etiam

etiam cum præſenti themate omninò eſt comparatum. Tanta conſentientium & errantium Medicorum heic deprehenditur harmonia de ſubjecto, qvod nimirum jam ventriculi, jam membranæ, nunc nervi, ſemper tamen cerebrum primariò in Epilepſiâ afficiatur, ut huic hanc ærumnam adimere piaculum Autoribus fuiſſe videatur, qvarum tamen ſententiarum tenebras lucidisſima illuſtris noſtræ Academiæ Apollinis D. D. Schneideri aurora felicisſimè fugavit. Cerebrum enim cum ſuis membranis nec ſecundum, nec præter naturam moveri aut concuti jam antea negavimus, qvomodo itaqve epilepticæ convulſionis ſubjectum erit. De nervis illicò etiam ſalva res erit, ſi modò erronea illa opinio qvendam non dementavit, ac ſi exiles nervi muſculos & integra corporis membra traherent, id qvod dudum *Eraſtus in Diſp. de Convulſ.* §. 105. & alii rectisſimè rejecerunt. Nobis itaqve primarium epilepticæ convulſionis ſubjectum eſt *muſculoſum genus*, utpote qvo tanqvã adæqvato organo motus perficitur & ulterius præprimis heic affici & irritari contendimus partes muſculorum maximè ſenſiles, membranas ſcilicet, qvatenus nimirum Archeô ſuô, ſeu naturali virtute pollent, qvæ omnes irruentes moleſtias celerrimè percipit, omniq; virtute expellere atq; eliminare intendit: Atqve hoc etiam modo membranas tam cerebri qvàm nervorum irritari poſſe admittimus, qvatenus cum reliqvis membranis coincidunt.

§. 11. Irritatur nimirum facultas naturalis expultrix muſculorum vel nervorum vel cerebri etiam, qvæ in membranis dictarum partium maximè reſidet, & motu hoc convulſivo moleſtiam cauſæ irritantis ſtudioſisſimè expellere conatur; ſub hoc pugnandi conamine omnes muſculorum ſive membranarum copias, qvæcunqve ad amovendum ſeu expellendum hoſtem auxiliares veluti manus afferre qveunt, convocat, armatâ veluti manu vitioſos vel vapores vel humores vel moleſti qvid aliud aggreditur, ubi facultas animalis motrix non poteſt non mirum qvantum perturbari, &, qvaſi tantæ violentiæ ſuſtinendæ ſit impar; veluti aufugere, ſuccumbere, totamqve functionum animalium catenam in conſenſum trahere, adeoqve ſecundariò triſtisſi-

ſtisſima actionum principum, ſenſus ac motus voluntarii ceſſatione caduci miſeriam adaugere.

§. 12. Duo heic imprimis ſe offerunt, qvæ accuratâ induſtriâ veniunt examinanda & explicanda; primum, qvare facultati naturali hoc expellendi munus asſignemus, alterum, qvomodo facultates inter ſe invicem conſpirent: qvippe in his totius hujus novisſimæ ſententiæ vertitur cardo. Primum illicò unicuiqve clarebit, qvi hanc convulſionem non ab imaginatione, utpote qvæ heic planè conſopita jacet, deſcendere, muſculos Gluteos & alios, qvibus nullos inſeri nervos Anatomiæ conſtat, inſimul moveri, ſummam deniqve in infantibus animalis facultatis debilitatem, qvippe qvæ pasſionem hanc excitare ſit ineptisſima, accuratô conſiderare oculô non faſtidiet. Qvod conſenſum attinet, lubet heic, donec in cauſis modum explicandi prolixior nobis naſcatur anſa, Lectorem remittere ad elegantisſimam Diſſertationem de Morbo Comitiali *& lib. de Catarrh.* Specialiſs. Nobilisſimi D. D. Schneideri, Præſidis ac Doctoris noſtri ætatèm devenerandi, ubi accuratisſimè hanc ſententiam cum aliis, qvæ heic prolixitatis cavendæ ergò omittenda fuerunt, pertractatam admirabitur.

CAP. V.

Cauſas Epilepſiæ rimatur.

§. I.

EAdem qvoqve heic ingeminanda venit qverela, qvæ miſero aliàs omnes medicinæ angulos perſonat ejulatu, nimirum heic etiam diverſisſima Medicorum divortia non parum Medicinæ conſecraneis afferre confuſionis, nec minus relinqvere dubitationis. Tantis nempe diſſentientium difficultatibus intricata eſt cauſarum doctrina, qvâ tamen clave ſolâ Apollinis valvæ feliciter aperiuntur, qvæ ad regiũ ὑγιείας conclave ducunt, id qvod jam olim *Ariſtoteles*, *Hippocrates*, *Galenus*, omnesqve alii cum ipſa experientiâ approbarunt. Hoc ut evitare contingat periculi, juvabit perambulare Sophiatrorum vireta, undiq; de cauſis Epilepſiæ opinionum decerpere floſculos,

Ariſt. 2. Phyſ. c.3. t.2. Hippoc. Lib. περ. Φυσ. Galen. lib. Medic. inſc. cap. 8. &c.

qvo

qvò tandem jucundisſimus veritatis odor ad qvorumvis nares hinc protinus aſcendere valeat.

§. 2. Agmen ducat, ut à vilioribus incipiam, ſententia Galenica: *Galenus* enim cum multis aliis Epilepſiæ cauſam conſtituit humorem pituitoſum, craſſum ac viſcidum, in ventriculis cerebri collectum, eò qvod ſubitò fiat & confeſtim ſolvatur; illum, inqviunt, ventriculos dictos obſtruere, qvò minus exire posſint ſpiritus, qvem dum cerebrum conetur exturbare, ſeſe contrahere aſſerunt, qvo contracto nervi etiam contrahantur in conſenſum tracti.

Galen. 2. de cauſſ. Symptomat. cap. 7. Id. 3. de loc. affect. c. 7.

§. 3. Miſella profectò & tanto Autoris ingenio indigna hæc omninò omnium doctiorum ſuffragio eſt ſententia: ſanè ſi plura Galenus de hoc malo verba, plures qvoqve protuliſſet errores, qvi cum ubiq; ſatis ſint notati & vix aliàs refutatione digni, ad probabiliores ſententias ſine morâ accedo.

§. 4. Acutior & ingenioſior Galeno fuit *Ariſtoteles cum Hippocrate & Pelope*, qvorum ultimo materia ſeu cauſa epilepſiæ dicitur οὐσία πνευματικὴ ὥσπερ ἄνεμος; Hippocrates & Ariſtoteles flatuoſos producunt ſpiritus, qvam ſententiam noſtro ſeculo ex inferis qvaſi revocârunt *Cæſalpinus*, *Tappius*, *Conringius* & alii. Necſuis etiam χαρίεντες [ſic jure decreti à Rhadamanto in campis Elyſiis lati magni hi & illuſtres Viri vocantur præ Galenicis] iſti Sophiatri prægnantibus deſtituuntur rationibus. Epilepſiæ etenim qvi intimius rimatur eſſentiam, ſponte tenuisſimam & fugacisſimam agnoſcit cauſam, qvid autem tenuius aut volatilius invenitur flatu & ſpiritu; is enim, (liceat cum *Conringio* loqvi) inter corpora maximè motivus velocitate percurrit omnia, ac tenuitate ſuâ in omnes corporis partes penitrare poteſt. Qvẽadmodũ igitur ſpiritus ſeu ventus terræ viſceribus incluſus, cum viam, qvâ prodeat, non invenit, retrò fertur atq; in ſe revolvitur & exitu qvæſito omnes anguſtias dimovet: Ita in corpore humano flatus in muſculorum ſubſtantiam concavasq; illorum fibras ac interdum in ipſa vaſa ſeſe inſinuans nec exitum inveniens diſtendendo muſculorum ventres eos convellit ac verſus initium ſecundum fibrarum ductũ contrahit. Hinc membra, qvibus muſculorum tendines inſeruntur, neceſſariò qvoq; contrahuntur, à

Cæſalp. l. 2. qv. Med. 16. Tapp. Diſſ. de Epileſ. Conring. l. c. Diſſ. de Spaſm. Hoffman. in Relat. hiſtor. judic. act. in camp. Elyſ. cont. Galen.

ſuâ

ſuâ naturali figurâ deſciſcunt ac ſæpisſimè vehementi dolore diſtorqventur. *Et paullo poſt:* Hic flatulentus ſpiritus in infimo ſæpè ventre genitus ſ. collectus viſcerum calore & inſito motu everberatus curſu parum libero incaleſcit, tenuiorq; redditur, &, qvà data porta, in univerſum interdum corpus, partes principes ac ipſos muſculos ſeſe inſinuat, celeriq; motu in cava loca irruens non modò ſuâ qvalitate ea afficit, ſed & ſubſtantiâ tenui ſtimulat, diſtendit, & pro viribus muſculos ac corporis partes contrahit &c. Sic diſputat Cl. *Conringius de Convulſione*, qvæ facilè ad Epilepſiam poterunt applicari. Vid. ib. plura ut & in allegat. Autorib. uberius deductam hanc de Epilepſia doctrinam.

§. 5. Verùm, qvod pace illorum dixerim, hæc qvoq; ſententia ut leviter aſpecta multum probabilitatis continet; ſic critico lumine conſiderata vix exſaturat accuratã mentem, vix limæ ſuſtinet rigorem. Certisſimũ utiq; eſt, qvod ſpirituoſisſima ſit Epilepſiæ cauſa, an autem in modum terræ motꝰ contingat, qvod *Ariſtoteles*, *Conringius* & alii crediderunt, an à ſolâ causâ morbificâ proveniat hæc convulſio, eſt qvod fluctuantem relinqvat Academicum, ut priſcâ utar formulâ. Qvæ in corpore vivente fiunt operationes, ab animâ ejusq; facultatibus proveniunt, unde hos etiam inordinatos motus naturam ſolam excitare, extra omnem dubitationis eſt aleam. Qvis qvæſo unqvam ſibi perſvadere poterit, has convulſivas corporis exorbitantias à ſolis hinc inde diſcurrentibus flatibus in modum terræmotus contingere; nunqvam ego adducar ut credam, à talibus corpus ſubſultaturum flatibus, ſi vel integrum ventorum ſaccum in hominem ingereres, qvid? qvod ſic etiam cadaver optimè epilepſiâ affici poſſet, id qvod tamen falſisſimum eſt & abſurdisſimum.

§. 6. Feliciorem ſanè operam locaſſe mihi videntur, qvi retinuerunt dictam hanc fuliginoſam materiam tanqvam mediatam, proximiorem noſtri affectus cauſam, ſed inſimul etiam animati corporis non obliti à ſimilitudine ſingultus & ſternutationis non improbandâ imitatione diduxerunt, ſtatuentes, cerebrum à venenatâ qvâdam materiâ aſcendente inſigniter vellicari, lancinari, & ad expulſionem vehementisſimam concitari.

Modum fiendi ſic exprimunt: Hæc materia inſigniter ſpiritus animales perturbat, unde omnium functionum animalium detentio confeſtim oritur: membranæ autem cerebri à materiæ malignitate lancinatæ illud, qvod moleſtum eſt, excutere conantur, ubi cerebri vis expultrix primò qvidem movetur, eadem tamen animalem facultatem cum toto nervoſo & muſculoſo genere in conſenſum trahit, ut felicius ac potentius id, qvod moleſtum eſt, ex regione ſuâ expellere posſit.

Tract. de Lithiaſ. cap. IX. §.26.

§. 7. *Helmontius* tali mediatam epilepſiæ cauſam à poſteriori delineat penicillo ſcribens: Venenum caduci eſt cum adſtrictione inebriativum, ſoporativum, ſimulq; ſyncopizans nec ideò contagioſum, qvia intrinſecum nec fermentale. Citra dubium hæc ipſe ex *Theophraſto* hauſit, cujus fonte jam recreari lubet.

Parac. Tom. IV. Lib. inſc. Undec. Morb. Tract. de Cad. p.m. in Huſer. edit. 191.

§. 8. Sic enim illluſtris ille Chymiater ſat magnificè infit: Caducus oritur à ſtupefactivo, inebriativo & mordicativo fumo rationis cellulas inſigniter feriente ac dejiciente, qvalis in 🜍re 🜖li narcotico reperitur. Latitat nimirum in aliqvo corporis loco materia qvædam venenoſa, qvæ ſi copia & malignitate ſuâ laceſſat ſpiritum vitæ; extemplò illam ſpiritus partis, materiâ morbificâ infectæ, qvem aſcendentis ſeu Aſtri nomine inſinuat, aggreditur vel totam, vel partem, vel per vices, vel ſimul, unde paroxyſmorum diverſitates dependent, ſtatimq; ſummo impetu materiam colliqvat inſtar ignis, & generoſisſimâ virtute fermentat, (durch das ſieden oder ſchmeltzen inqvit) ubi illicò fumus ex fermentatâ hâc materiâ ad alta elevatur, ſpiritusqve cerebri triſtisſimâ caligine obnubilat, totiesqve paroxyſmos epilepticos novos excitat, qvoties denuò aſcendentis ſeu Archei irritati curſus materiam morbificam perambulat, & fermentando ejusmodi fuligines propellit. So nun der vapor des untern Himmels [audi qvæſo ipſa Autoris in hanc ſententiam tam pulcrè philoſophantis verba] in die obern Firmament kommt / das iſt / in das Haupt / ſo macht es ſich an derſelben region ſichtbar / und alsbald gehet der Schwindel an / das vergehn der Vernunfft &c. Je länger es ſichtbar wird / ie mehr der Kranckheit: Wie ein Gewülcke / das ietzt nichts iſt / vor

vor unſern Augen und aber in moment wird ein gros Gewülcke draus und unterzeucht den gantzen Himmel. Nun ſteigen auch/ *paulò poſt*, die impreſſiones, ſo im Haupt ſind/in die untern Glieder hinab/ jedoch aber nicht anders als mit Außtheilung des überflüßigen vaporis, daß alſo am letzten des paroxyſmi der gantze Leib der impreſſion voll wird/darumb er auch etwan ſich austheilet in die Glieder und da arbeitet gleich wie im Haupt und ſeinen regionibus. Obnubilant, inqvit per pulcerrimam paræmiam, aſcendentes hæ nebulæ totum microcoſmi cœlum inſtar tempeſtatis impetuoſè ac ſubitò irruentis; non ſecus ac terræ motus in macrocoſmo, ſic tremit tunc à ventis his concuſſa tellus microcoſmica. Ingruente enim tempeſtate ſerenus cœli vultus illicò obnubilatur, infrigidatur qvaſi naturalium ſeu creaturarum ignis, totam qvatiunt venti naturam, fulguribus micat æther, pluviâ inundantur terræ & ſubitaneam hanc mutationem veluti dolens & contriſtata iniqviſſimo fert animo totius naturæ machina. Sic oriente procelloſâ hâc minoris mundi tempeſtate nebuloſiſſimis obfuſcatur extemplò fumis coruſcans ſenſuum ſerenitas, frigido torpore ſtupet functionum principum alacritas, ignea veluti portenta jaculantur oculi, ſpumeſcentibus humida labra perfunduntur pluviis, tandemq; miſerabili ventorum injuriâ omnia œconomiæ microcoſmicæ membra horribiliter turgentia intremiſcunt, totus deniqve vitæ humanæ rector ſeu Archeus ingenti ac pænè incredibili adverſus infenſiſſimos hoſce fumos irâ accenſus confuſiſſimum ubiqve explicat furorem. *Paracelſ. Tom. IV. lib. al. de Caducis 1. §. 2.*

§. 9. Sic hactenus optimi Sophiatrorum occultæ Epilepſiæ punctum indagarunt, proximam & immediatam hujus cauſam ſtatuentes Archei fermentationem ab irritatione membranarum præprimis cerebri per fœtidam & venenatam fuliginem excitatâ: cujus ſententiæ naturam, anteqvam veriori concludamus, paucis ſic tradimus. Eſt nimirum ſecundum CL. horum Virorum mentem Epilepſia nil aliud qvàm acerrimum ſummè veluti irati, turbati ac anxiè qvaſi titubantis Archei ſeu facultatis animalis contra virulentam ſtupefactivi, inebriativi ac valdoperè mordicantis excrementi tyrannidem in cere-

bri tanqvam primarii ſubjecti, nervorum ac muſculorum palæſtra inſtitutum prælium; ubi inſimul & cumprimis aulam ſpirituum animalium triſtis ac atra teterrimarum fuliginum nubes miſerrimè obduxit & ad novum illicò certamen decumanis tunc veluti fluctibus agitatam facultatem cerebri animalem immanè qvantùm irritat & concitat, unde interpolata hæc totius corporis convulſio cum functionum animalium ceſſatione tamdiu durat, donec tempeſtatis hic horror rurſus tranſierit & expugnatâ hâc tenebrarum nocte ſeu fermentatione ritè abſolutâ lucis vitalis ſplendor ubiqve iterum luceat.

§. 10. Hæc omnium antecedentium ſententiarum omnium qvidem maximè eſt probabilis: aſt à verâ tamen longiſſimè aliena. Concedimus eqvidem, furibundâ fermentatione tunc Naturam inſurgere; aſt in ceteris infirmiſſimum accuſamus ejus fundamentum, & rejicimus primò tam operosè excogitatam epilepſiæ cauſam mediatam, poſt impoſſibilem vaporum caput obnubilantium aſcenſum, dein falſiſſimum cerebri ac nervorum præſuppoſitum ſubjectum. Qvorſum enim op9 eſt ſtupefactivo, mordicativo & inebriativo fumo, uti Helmontius & Paracelſus diſpoſiti peculiariter vaporis genium adumbrarũt, cũ ſola mordicativa ſeu acris aut alio modo moleſta cauſa huic affectui generando ſiet idonea. Qvæſo, ubi tale 🜍 ⊕*latum Paracelſi* aut venenata & occultâ qvalitate cerebro inimica aura datur in terrore, in lætitiâ, qvin & in epilepſiâ à ſolo conſpectu epileptici ortâ, dolore &c? an natura tunc ſponte talẽ illicò in corpore fabricat? vix ipſa ſibi propriũ meditabitur exitiũ. Hoc utiq; veriſſimum eſt, qvod per ejuſmodi affectus immane qvantùm perturbetur, non rarò inter hanc ipſam inde factam fermentationem vitioſos humores excitet & horum poſtea lancinante moleſtiâ ad certamen hoc irritetur, qvi dum per felicem naturæ fermentationem eliminantur & muſculorum facultatem naturalem expultricem laceſſunt, confeſtim in conſenſum tractâ facultate expultrice ceterarum membranarum expellendi hoc conatu convulſivum ipſa facultas dicta excitat motum, qvi poſtea ceterarum facultatum animalium extemplò efficit ceſſationem.

Qvo-

Qvonam præterea itinere vapores & cœci halitus, ut ſileam cetera dubia, ex vulnere pedis ſummam capitis arcem petere qveunt? qvare non prius lienem aut hepar aut cor afficiunt? qvare non reſolvuntur in aqvam: Eſtne aliqvis magnes in capite, qvi ex pollice pedis attrahit & qvaſi qvodam comite eorũ ſalutem in periculoſiſſimo itinere conſervat? Miranda Galeni ſimplicitas & aliorum idem obſervantium credulitas meritò heic riſu digna eſt, qvi tanti æſtimarunt epilepticorum judicia, ut auram qvandam ab extremis membris uſqve in capitis ventriculos aſcendiſſe crederent, egregiâ ſane freti experientiâ impoſſibile credere maluerunt, qvam fixiori animo proximius hujus apparentis aſcenſus rationi appropinqvare, qvæ ab imaginatione inſimul depravatâ deſcendere hunc apparentem aſcenſum oppidò affirmat. Sic nimirum comparatum eſt cum claſſe abſurdorum, qvorum dato uno vah! qvam multa & infinita hinc conſeqvuntur alia. Ex tripode Apollinis cerebrũ pro primario ſubjecto proclamatũ erat, hinc nihil tantam olebat abſurditatẽ, qvô falſiſſimam hanc aſſertionem ſtabilire non voluerit ampliſſima conſentientium turba. Crediderunt nempe primò ab aurâ illâ venenatâ Spiritus animales maximoperè turbari & ſic actionibus ſuis obeundis planiſſimè inertes hanc functionum principum abolitionem indubitatò inferre, poſtea verò, dum membranæ cerebri à peculiari hâc malignitate irritatæ fuligines haſce cum impetu eliminare contendunt, motum huncce convulſivum excitare, unde convulſionem tanqvam ordine generationis ſemper poſteriorem conſiderant. At enimverò longè aliud expertus eſt Excellentiſſimus Dn. Præſes, qvi ex accuratiſſimâ & diuturnâ obſervatione contrarium defendere feliciſſimâ manu aggreſſus primò epilepticos poſt non rarò inſimul qvandam prius perceptam lipothymiâ pollices convellere, ac deſubitò cadere, omnibus viribus animalibus privari & ſtatim convulſivo motu ſubſilire expreſsè intulit, qvæ ſola etiam experientia, qvam qvilibet propriâ confirmare poterit, jure nobis eſt inſtar omnium.

§. II. Repudiatâ itaqve veteri ſententiâ noſtram ulterius ſtabilire pergimus & proximam ſive immediatam epilepſiæ cauſam judicamus acerrimum facultatis naturalis expultricis con-

tra moleſtias irritantes in univerſo muſculorum genere excitatum certamen, qvod unico verbo fermentationem in limine noſtræ Diſſertationis nominare placuit. Ulterius autem ipſum fiendi modum tali colore depingere lubet: Præſupponimus nempè aliqvid, à qvo natura valdoperè irritatur, perturbatur & ad horribile hoc prælium concitatur, qvalis provocatio vel ab humoribus & vaporibus vitioſis vel verminoſâ putredine, vel ex inſigni dolore aut affectibus animi facillimè ſuboriri poteſt. Irruentes has aut ſimiles moleſtias ex annatâ corpus defendendi ſolicitudine non poteſt non facultas expultrix adoriri, undiq; veluti auxiliaribus præſidiis convocatis ſummo conatu ex regni ſui finibus propulſare & exoptatis iterum halcyoniis horribilem hanc microcoſmi tempeſtatem qvantocius ſic illuſtrare. Primò ſcilicet ſi in corporis penitralibus acris aut acida qvædam compacta lateat materia, ſuaqve indies auctâ multitudine, Archeum ſeu Naturam laceſſat, generoſiſſima ſtatim fermentatione optimus hic ſanitatis patronus è bonis ſuccis ſeqveſtrare hanc malitioſam cruditatem conatur, ſub qvo fermentationis labore ingenti non rarò fuliginum examine inficitur ſangvis, cujus facultas vitalis hos ipſos ſangvini mirum qvantum hoſtiles ſpiritus ſine morâ eliminat, qvi dum muſculorum tunicas pertranſiendo afficiunt, illico inibi etiam excitatur vis naturalis expultrix, omniumqve muſculorum expultricem in auxilium vocat, ſingulisqve viribus moleſtiſſimum hoſpitem excutere tentat, unde hic ipſe convulſivus motus oritur, & primò ſtatim convelluntur pollices ob copioſam nimirum in conſenſum deſubitò vocatam muſculorum præſentiam; à qvo inordinatiſſimo motu virtus animalis motrix qvaſi attonita & impar huic tolerando motui celerrimè perturbatur, ſentiente & reliqvis ipſius ſororibus omnibus in conſenſum tractis, & qvaſi ob inopinatum hoſtem exanimatur, unde ſenſus, motus voluntarii ac functionum principum ceſſatio ſubitanea convulſionis & pugnæ à facultate naturali inſtitutæ initia ſeqvitur. Tanta nimirum facultatum in corpore humano reperitur harmonia, ut naturali qvodam inſtinctu moleſtias irruentes qvaſi inter ſe invicem condoleant,

leant, ubiqve auxiliari manu qvaſi conſpirent, qvin & in ipſo gaudio parili lætitiâ in momento afficiantur, unde Helmontius elegantisſimè depinxit hunc harmonicum microcoſmi concentum, dum qvaſi *inter ſe confabulari membra & illorum virtutes* oſtendit. Hoc eſt ſvavisſimum illud commercium, qvod animæ functiones ſeu facultates mirandâ harmoniâ in microcoſmo celebrant, cujus præcipua negotiatrix veluti eſt anima, cujus miniſterio tota minoris mundi ſtructura elegantisſimo concatenatur vinculo, ut & heic rythmos macrocoſmi admirabundo repræſentatos ſpectaculo videat Curioſus, de qvo concentu infra etiam uberius rarisſimam Hermeticorum ſententiam apponere animus eſt.

§. 13. Utut autem in hisce paroxyſmis victoriam tandem obtineat Natura & fermentatos ex diſſolutâ materiâ morbificâ [de illa enim heic epilepſiâ nobis eſt ſermo, qvæ utplurimum contingit, de iſta, qvæ à dolore, ab aſpectu epileptici &c. oritur, capite ſeqventi dicemus] ſpiritus felici non rarò præcipitatione eliminet: remanet tamen nidus ac calcinata qvaſi culpati excrementi minera, magneticâ ſuâ attractione ſingulas corporis cruditates alliciens, tot turbines & miſeriarum procellas in poſterum iterum datura, qvamprimum rurſus naturam laceſſere ſit ſufficiens. Aut etiam hic ipſe Epilepticæ ærumnæ paroxyſmus à ſimili laceſſente causâ renovatur, ubi naturalis facultas expultrix facilius longè hanc abſolvit impreſſam veluti antea epileptici rythmi imaginem.

§. 14. Qvid diſtent æra lupinis, & qvantum præſtet priorum documentis nova hæc Magni noſtri Schneideri ſentenita, nemo erit, qvi non videbit & admirabitur, niſi qvem antiqvæ falſitatis plusqvàm Circæum poculum planisſimè dementavit. Qvis itaqve non amaret lucem præ tenebris, & illuſtrem hujus lucis Phosphorum [ſic liceat loqvi] ad plura talia animare non deſideraret, cum à tam raræ felicitatis ingenio & ad illuſtrandam Medicinam planè nato non niſi examusſitata æternamqve famam ferentia fluere posſint.

CAP. VI.

Remotiores cauſas explicat.

§. 1.

VErum ac radicale caduci ſemen ſeriò ſerere, ut noſter eſt animus, ita titubantes cauſarum epilepticarum ſtirpes ſibritus exſcindere animosâ mente pergimus. Harum etenim cognitio eſt ſola illa Helena verum & legitimum nepenthes, in qvo omnis malæ aut falsò conceptæ opinionis oblivio, vel materno cyatho propinans. Tranavimus hactenus profundisſimum immediatæ cauſæ epilepticæ æqvor, remotiorum jam flumen petimus. Ut enim in præcordiis nobis ſemper displicuit maleferiata illa conſvetudinis ſocordia, ubi omnes tractatus merâ ſententiarum diverſitate tument, ac titubantem reddunt legentem, ſub acuminis autem & judicii incudem vocare crimen læſæ autoritatis vix piandum autumant. Nos heic etiam cum illuſtri Schneidero noſtro, qvi intimum occultæ Epilepſiæ centrum felicisſimo ſcrutinio exploravit, & laudatisſimo candore aperuit, putamine relicto nucleum attendimus, & de cauſarum remotiorum naturâ ſoliciti ſumus.

§. 2. Has inter non injuria principales hæ referuntur 1. *Naturales*, ἰδιοσυγκρασία, qvam impræſentiarum peculiarem facultatum diſpoſitionem nominare libet; facultatis nempe animalis infirmitas & naturalis robur, qvalis diſpoſitio cumprimis in ſeqviori ſexu, ætate infantili & hæreditariâ elucesſcit diſpoſitione. Fæminæ videlicet non ſolùm humiditate nimiâ [qvæ cauſa etiam valet in infantibus] facultatis animalis robur enervant; ſed etiam, qvod potisſimum heic conſiderari debet, longè potentiori gaudent facultate naturali, qvæ vel levem ob cauſam furibundâ hac collutulatnr epilepticæ perturbationis ideâ.

§. 3. Hæreditarium hoc onus utut ſemini parentum genuinos neceſſariò debeat natales, occultisſimus tamen & nondum ritè, qvantum ego qvidem novi, explicatus eſt verus fiendi [ut ſic loqvar] modus. Plurimi vitio materiæ hoc contingere credunt cum Sennerto, cujus vitium etiam omnimodè accuſat

Hor-

Horſtius, dum ♀reos ſolummodò & fixas radices obtinentia mala hæreditarias afferre calamitates aſſerit. Verùm parcant nobis illorum Manes, vix in illorum ſententiam pedibus heic deſcendemus. *Helmontius* omnia ad accuratisſimam judicii limam revocans ab hac ſententiâ divortium facit & perſvadere ſibi neqvit, qvomodo materia morboſa ſemini naturaliter per modum tartari permiſta eſſe posſit aut cretæ podagricæ, adjicio ⊕li epileptici; ſtatuendum itaqve potius cenſet, latere morbos à parentibus traductos characteraliter in vitâ mediâ Archei ſeminalis, cujus ſigillum in ſemine parentum antea depictum ſuâ dierum ſub maturitate erumpit. Sigillatus hic, alibi dicit, in ſpiritu ſeminali character tamdiu dormit, & ſui maturitatem exſpectat, donec à causâ qvadam occaſionali expergefiat, ſuasq; jam olim conceptarum imaginum explicet ideas. *Vid. de his nervosè diſput. Tract. Invent.* ♀*r. mort. oc.* §. 20. *Tract. de morb. Archeal.* §. 17. *it. ac præprimis Tr. de Lithiaſ. c. IV.* §. 30.

Gregor. Horſt. Præfat. de Anatom. vit. & mort.

§. 4. Nobis etiam perfectisſimè digeſtum ſemen, odor & idea veluti fermentalis ſeu contagium, qvo inficitur & imprægnatur in generatione uterꝰ, receptæ communiter opinioni ultimum vale dicendũ & melioris ac probabiliorls fortean excogitationẽ extorqvet, qvam ſeqventibus ingenioſisſimæ Jatroſophiæ dijudicandam relinqvimus. Cum per conceptam libidinis imaginationem natura ingenti fermentatione concitetur, fit ut anima generandi deſiderio veluti turgida Archeo qvaſi generationis executori demandet cum vitali radio totius hominis imaginem: qvæ ipſa, dum qvandam totius generantis omniumq; ejus partium ideam potentiali qvâdam ac chaoticâ veluti ſpiritualitate (ignoſcant ſic loqventi Criticorum filii) in ſe contineat, qvendam etiam veluti characterem morborum in generantibus præſentium ex præternaturali generantis infirmitate conceptum neceſſariò ſemini communicabit per curſum formationis explicandum. Hoc igitur characteriſmo inſignitus Archeus ſeminalis âqve utero contagii formâ attractus, qvem aliàs vim πλαστικὴν nominare conſveverunt, tanqvam generationis ſeu formationis executor & rector ſeipſum tandem veſtit corporali

ſangvinis materni amictu, ſtatimq; veluti perambulat ſeminis materni latebras omnes, incipit materiam transformare juxta imaginis ſuæ entelechiam; heic cor locat, ibi cerebrum deſignat omniaq; membra pro conceptæ ideæ ſcientiâ fingit ac depingit optimus domicilii ſui architectus, qvin & ipſe jam meticuloſas, nunc audaces fœtui communicat impresſiones. Qvod ſi itaqve phthiſicâ exulceratione debilitatus ſit pulmo, conceptam etiam hanc inſimul debilitatis ſimilitudinem in pulmonum fabricâ molitur. Sic mutos, ſic ſurdos &c. ob deletum qvaſi & abolitum totaliter horum organorum robur fabricat. Ita etiam arthriticas ob debilitatem articulorum qſ. ſimul generantiũ introducit diſpoſitiones &c. Debilitate enim ſi infirmentur corporis humani partes, facillimo coctionũ errore concipiunt & ipſæ fabricantur cruditatum excrementa, jamq; qvaſi aſvetæ hisce ærumnis facilius longè in paroxyſmos morborum recipiendos prolabuntur. Dicta itaqve facultatum diſpoſitio parilem dum fœtui in generatione imprimit conſtitutionem, epileptici facillimè ſubſeqvuntur tumultus.

§. 5. Naturalium etiam cauſarum diſponentium vicem ſuſtinent inimici ſiderum aſpectus, ſi Aſtrologis credere fas eſt. ☽am nobis afferunt læſam à maligno ♄ni vel ♂tis aſpectu, imprimis verò augeri affirmant, ſi ☉is ſatellitio tunc ſtipetur ☽a; forſitan, qvod tunc etiam in nativitate ceream ☽æ microcoſmicæ mutabilitatem horum radiorum malignirate immanè qvantùm affici credant, præſertim ſi inſimul tunc illuſtris tenellorum Phœbus hac malignitate debilitetur. Vide ſodes *verè Athanaſii Kircheri Itinerar. Exſtat.* ubi, qvid de hac Aſtrologiâ ſentiendum, egregiè diſputans tanti Autoris ingenium miraberis.

§. 6. *Non-naturalium* principatum tenent aëris impuritas, victûs pravitas & repletio, temporis qvoqve verni humiditas magnetem epilepticum mirè animantes, de qvibus Divus videatur *Hippocrates* & alii. Ira, terror aliiqve affectus animi, dolor, radiorum ☉arium diuturnior ictus, inedia, venæſectio inconveniens non raro etiam huic malo anſam præbere conſve-

L. 3. aphor. 20.

ſveverunt, qvod non exiguâ ſpiritus noſtros confundendi & ad furioſum hoc certamen excitandi polleant virtute, de qvibus & cauſis præternaturalibus videantur Practicorum Obſervationes *Fernel. lib.5. pathol. c.3. Salmuth. c.1. obſ.52. it.84. c.3. obſ.35. 42. 73. Bartholin. c.3. hiſt. anatom.2. Plater. Obſ. Med. l.1. Galen. l.5. de loc. affect. c.5. &c.*

§. 7. Inſuper heic etiam qvæſtio qvædam venit enodanda, qvomodo nimirum fætidi halitus incenſorum cornuum, bituminum &c. excitare posſint epilepſiam. Qvemadmodum autem occulta de peculiari vaporum diſpoſitione ſententia nobis planè exoſa eſt, præterea etiam opinioni illi, qvâ exhalationes horum ſuffituum aut odoriferorum ad cerebrum pervenire ibiq; membranas laceſſere creditum fuit, nobilisſimis Nobiliſſ. Dn. Præſidis rationibus permoti ultimam remiſimus ſalutem: Ita cum Anteceſſore noſtro æternâ famâ dignisſimo pergimus, & breviter ſic reſpondemus. Fœtidi illi halitus cum aëre attracto in pulmonum & ſangvinis domicilium perveniunt, qvi dum inibi præſentem facultatem vitalem validè afficiunt, hinc interdum fit ſyncope & motrix ſangvinis ſubſiſtit: in illis autem, qvi epilepſiæ aliàs ſunt obnoxii, ulterius expultrix ſangvinis inſurgit, taliaq; miaſmata qvàm ociſſimè expellit, ubi inſimul ab horũ malitiâ irritatur muſculorum facultas naturalis, qvæ confeſtim animalem proſternit, & Comitialem ſic fabricatur motum. Imò anteqvam ſangvini permiſceantur hi vapores ſ. graveolentium effluvia, facilè à fœtoribus iſtis excitatur facultas naturalis expultrix, qvæ in maximè ſenſibilibus membranis narium ſtabulatur, unde mox tota in conſenſum tracta facultas muſculorum expultrix incitatur, unde illicò ſiſtitur Epilepſia.

§. 8. Qvod tandem attinet illos, qvi à ſolo conſpectu epilepticorum in epilepſiam inciderunt, qvalia exempla in fœminis Gnôphelius ſæpè annotavit: Imò ex viſa epilepticâ vaccâ terrefactum illicò hac ærumnâ concidiſſe vidit Magnif. Dn. D. Schneiderus, Præſes, Patronus ac Præceptor meus vel priſcâ Solduriorum lege colendus. Hoc qvomodo ex terrore fieri potuerit, præcedentia ſufficientisſimè declarabunt.

CAPUT VI.

Methodum medendi delineat.

§. 1.

TAm ſororio in Sophiatriâ vinculo conſpirant Contemplatio & Actio, ut ſine lucidiſſimis hiſce ocellis nubilus ſit ſanctæ Meditrinæ vultus & unus protinus langvore enervetur, niſi deſideratiſſimo alterius robore animetur. Hæc prælustria Medicinæ lumina ſi arcto conjurent connubio, fructuosâ venuſtate ſpectant pariter atqve glorioſiſſimo cum decore adſpectantur, adeò in utroqve conſiſtit formoſitatis Medicæ Horizon. Hilari nos, ni fallimur, facie adſpexit contemplatio ac felix hinc oriunda ratio; jucundum etiam ac lætum Actionis & Experientiæ jam ſperamus intuitum. Hæc jucunditas ex accuratâ medendi methodo elucet, cujus ſplendore illuminari jam deſiderat animus. Ut autem lætiſſimus eſt actionis ſplendor, lucidè ſi radiat contemplationis Phœbus: ſic fulgente genuino morborum genio illicò fulgentiſſimè nitet optatiſſimum medelæ lumen: inverte ſis conſeqventiam, & obſcurabuntur confeſtim ſingula. Stat ergò ſententia, occultâ causâ occultari Remedium. Qvin hæc etiam genuina mihi videtur ratio, qvare plurimorum fermè Medicorum ædes vulgatus perſonet Epilepticæ incurabilitatis clamor, qvod nimirum neſcio qvâ ſtultâ ad ſublimiora perveniendi deſperatione pauci adeò cum Æſculapii dracone pugnare conentur; plurimi verò in centro conſentientis Volupiæ cum deſidioſis Sirenibus obtorpeſcere ament. Sed ad lineas noſtræ curationis nos vocat pagellarum paucitas, qvam genuina medendi methodo jam ſtatuminare pergimus.

§. 2. Dogmatica Methodus ratione curatoriæ indicationis reqvirit felicem cauſæ immediatæ remotionem; reſpectu præſervatoriæ antecedentium cauſarum nidum eliminare; vitalis deniqve naturam per convenientia remedia corroborare optimè ſvadet, ritè tamen obſervato adhibendi ordine, qvem optimè exhibet Nobiliſſimus D. D. Joh. Theodor. Schenckius acutiſſimus Salanæ Æſculapius, Præceptor noſter plurimum honorandus.

§. 3.

§. 3. Hermetica nihil ſibi heic habet antiqvius, qvàm ut optimæ ac providentiſſimæ morborum medicatrici naturæ, tanqvam primariæ Medicorum magiſtræ placeat, hanc ſub triſti excrementorum aut aliarum moleſtiarum ſarcinâ mirè gementem protinus ab incommoditatis onere liberare atqve ſic decenti refectione ad priſtinæ alacritatis ſtudia deducendo ſceptri ſui, ſine cujus majeſtate morbus Medicinæ obſecundat nullus, reminiſcentiâ obſeqvioſiſſimâ ſolicitudine gratiſſimisq; incitamentis injungat. Hic ille celſisſimus eſt Atlas, qvi auguſtum Chymiatriæ cœlum fulcit, à qvo unicè divinas Jovis Aſclepiadæi manus apprehendunt & aliis vel jurato teſtimonio certisſimam hinc Opem pollicentur.

§. 4. Aſt qvæ noſtra in hoc pelago pyxis nautica? qvodnam noſtrum amuſium? cujus aſpectus errorum Scyllas heic præternavigare & exoptatum recuperandæ ſanitatis cataplum exoptare doceat. Dogmaticam methodum admittimus; ſed & Hermeticorum ordinem exoſculamur, cum lucente adhibito utriusqve ſententiæ pharo utraqve in conſervandis & reſtaurandis viribus aſſudet, cujus meliorem ex genuino utriusqve ſententiæ ſenſu depromptam explicationem ipſi futuro certamini reſervamus.

§. 5. Blandiamur itaqve & in noſtrâ ærumnâ mirè vacillanti Naturæ, & ſecundum ſtatuminatam veluti Polycleti ſtatuam illico gravisſimam illam fermentationem in ipſo paroxyſmo generoſisſimo præcipitante compeſcamus; extra paroxyſmum carbones à deflagratâ qvaſi minerâ epilepticâ reſiduos, ut eleganter ad noſtram mentem loqvitur verè *Aureolus Theophraſtus*, excellentisſimè renovativo pharmaco eliminemus, animi etiam pathematis probè conſideratis. Hoc eſt lucidum curationis epilepticæ ſpeculum, præfiſcini dixerim, optimè depictum, in qvod qvi ſedulò aſpiciet, certisſimam in benè inſtituendâ epilepſiæ medelâ ab ægrotantibus promerebitur felicitatis & famam & autoritatem.

CAPUT

CAPUT VII.

De Curâ in ipſo Paroxyſmo.

§. 1.

PRimam Medentis ſolicitudinem ſtatim implorat miſeranda & vel lapidi ærumnabilis Epileptici cadentis calamitas, qvæ illicò generoſisſimam gravisſimæ fermentationis præcipitationem poſtulat: Illicò inqvam: Non enim heic Medicus ſedendo vincit, ſed μηδὲν ἀναβαλλόμενος omnes commoditatis articulos intrepidè in curatione amplectatur oportet, ne irreparabilis opportunitatis jactura ferale afferat miſerrimi ægri exitium. Confeſtim itaqve nobiliſſimis remediis facultatis errantis ἀμετρία componatur & in viam iterum reducatur.

§. 2. Et heic præprimis elucet, qvid diſtent æra lupinis & qvantum præſtent Chymiatrorum magiſteria Galenicorum decoctis: Horum enim nemo heic recordetur, ſed ad Hermeticam extemplò confugiat majeſtatem, hoc eſt ad potentiſſimâ Chymiæ medicamina albis eqvis advolet, qvæ ſpirituoſiſſimâ penetrandi velutiqve in momento omnia corporis intima pervadendi pollent energiâ, qvæ inſimul admirandâ felicitate Archeum recreandi, à maligni hujus irruentis veneni larvâ celerrimè factâ præcipitatione liberandi, adeoqve furibundum Archeum indubitatâ efficaciâ demulcendi, placandi ac conſopiendi effectiſſimè præſtant: qvale inter alia inferius denominanda eſt Arcanum Caduci, qvod ille qvàm optimè de Medicinâ meritus tot Arcanorum Monarcha *Paracelſus* fideliſſimè docuit, qvod aliàs Miſturæ ſimplicis nomine circumferunt Medici, non autem viribus ſuis ob falſam præparationem caſtrata, qvæ in vulgatis pharmacopoliis proſtat: nec illo modo concinnata, qvô Andernacus pro ſuâ venditavit omnesqve jam fermè Medici illam neſcio qvâ de causâ concinnare conſveverunt, qvalem deſcribit *Mæbius, Rolfincius, Sennertus* & alii: ſed uti in ipſis dulciſſimis Theophraſti fontibus hauritur limpida, clara & intemerata: de qvâ ſic ſcribere magnus hic magni Adepti Primiſcrinius non ve-

Parac. Tom. VII. in Herb. Theoph. cap. de ⊖lo.

veretur. In dieſer Artzeney iſt ſo groſſe Krafft zu dieſer Kranckheit/daß ich nicht achten möchte/ſo es wünſchen gülte/ ein beſſers zu erdencken: Denn alſo greift man der Natur in ihr Hertz und in ihre Kräffte / &c. de qvo illuſtri medicamento infra uberius meam ſententiam explicandi anſa forſitan dabitur. Hujus efficaciſſimæ Miſturæ Eſſent. ☽ti permixtæ ſtatim guttæ qvædam pro ætatis ratione in vino malvatico vel Petri Ximetæ cadenti propinentur, qvò inſimul facultas animalis generoſo hoc medicamine illicò excitetur. Qvin & pro lubitu ex claſſe ſpecificorum in hunc uſum optimæ concinnari poterunt formulæ, qvæ tamen vel ſola in generoſo vehiculo aſſumta felici Medicum vix deſerent effectu.

§. 3. Huic aut ſimili per os aſſumto medicamini ſi auxiliares Clyſteris cujuſdam generoſi manus porrigantur, optimô ſanè epilepticus auxilio à lapſu erigetur: ſit tamen, qvod jam monitum, non ex vulgari ſtirpe, ſed potius ☿ial. & ♁ial. proſapiâ oriundus, qvem ſi in ipſo acceſſionis ſenſu ſeu metu qvoqve applicare qvis velit, nos ipſos etiam deſubitò habebit faventes.

§. 4. Exterius commendatiſſimum nobis ex MSS. Chymicis habemus ol. caſtorei Sp. Vin. in ſummam penetrandi energiam diductum, oleum rutæ & balſam. apoplectic. *D. D. Michael.* Cetera in paroxyſmo agenda cum ubivis obvia ſint, omnibus etiam vetulis aliàs cognita apponere heic negligimus & ad alterum curationis noſtræ punctum accedimus.

CAPUT IIX.

Curam Chirurgicam conſulit extra Paroxyſmum.

§. I.

SIc fructus Epilepſiæ decerpſimus, jam radix venit amputanda, ne iratum *Helmontii* effatum novo exemplo verificemus. Nil qvicqvam actum præmio dignum, ſi epilepticus à lapſu erigatur, ſi non à recidivâ etiam in poſterum liberetur: hunc tamen medendi apicem Scholæ neqvaqvam tetigerunt. Triplex autem

Tract. de Lithiaſ. c. V. §. 9.

ſecuris huic intentioni deſtinata: Chirurgica, Pharmacevtica & Diætetica, qvarum poteſtates jam inveſtigare operæ utiqve pretium cenſemus.

§. 2. Vitalem Medicinæ partem eſſe Chirurgiam *M. A. Severino* utiqve libenter concedimus, utpote, qvæ, ubi omnia nonnunqvam deſperata & conclamata exiſtunt, ſemper ſpei & auxilii aliqvid affulget. Verùm in præſenti affectu nihil utiqve habere, qvod ſolidam afferat medelam, ſeriò aſſeveramus, id qvod ex ſubſeqq. manifeſtiſſimum erit.

§. 3. Venæſectio ut in omni morbo, ſic in hoc etiam tam paroxyſmo ipſo, qvam reliqviis ejus exturbandis nobis exoſa valdè & inutilis exiſtit, utpote ſine qvâ omninò omnium morborum curationes citò, tutò ac jucundè præſtari poſſe cum *Helmontio*, *Cnöphelio & Langio* perſvaſiſſimi ſumus, qvam doctrinam noſtræ Febr. anatomæ propediem enucleandæ reſervamus, Paucis, qvod hujus eſt loci, ejus inutilitatem ſeqq. ſignificamus: Certè non natat cauſa epileptica in cruore aut fluctuat ut hâc Venæ apertione aliqvid dignum VSionis pretio extrahi poſſit, ſed intimis viſcerum vaſis infixum eſt hoc virus epilepticum, nonnunqvam planè extra vitalem vaſorum ſedem ſtagnat: qvod non niſi penetrantisſimo & amicisſimo legato, ut eleganter optima medicamenta vocat Helmontius, inveniri & exturbari poterit.

Helm. ubiq; Cnöphel. Tr. de Febr. malign. Lang. in MSS.

§. 4. In hanc claſſem meritisſimo jure cucurbitarum reponimus qvoqve infirmitates ſive ſcarificationem, de qvibus lubet audire ſæpe laudatũ *Theophraſtum*. Der Rath zu Schröpffen/inqvit ille, iſt nichts anders als eine Galgenfriſt/ iſt gut Milderung halber/nicht wegen Heilung: Schröpffen hat weder ſüſſes noch ſaures in ihm als allein/das die Gewohnheit giebt und bringt. Item: Schröpffen iſt nichts mehr/denn als wenn einer geſchwollen iſt auff Centner ſchwer / und du purgireſt ihm zehen Pfund davon und iſt Morgens wieder wie vor/ꝛc.

in Append. Tom. V. p. 93.

§. 5. Sed qvid qvæſo de Hæmorrhoidum apertione judicandum? per has enim aureas ab incomparabili & aureo effectu ſic dictas venulas humorem melancholicum, qvi tetras has

exha-

exhalationes epilepſiæ effectrices appoſitè exhalare aut fovere qvibusdam creditur, optimè evacuari poſſe vel ab ipsâ naturâ, ut putant, edocti aſſerere non verentur. Verùm ut non diſcutiam heic loci confuſiſſimam de melancholiâ alibi uberius tractandam opinionem in ſolis absqve dubio medicorum cerebellis genitam: ſic utiqve ab hoſte auxilium petere vix ſatis tutum videtur, cum forſitan poſtea cum periculo aut ad minimum cum pernicie corporis evidentiſſimâ ejiciatur, adeoqve ſic medicus veluti unâ manu panem auxilii afferre videtur, aliâ lapidem exterminii oſtendit. Tale etiam judicium deſiderant ſpontaneæ hæmorrhoidum apertiones, qvas datâ operâ aperire non tam minus provicuum eſt, qvàm valdè potius detrimentoſum, cum illas pro arbitrio non poſſit iterum claudere, & ſangvis præterea ad ea loca confluere & in iis ſubſiſtere cum multis ſymptomatibus poſſit, ſic judicante *Valentin. Henric. Voglero* celebri Juliæ Profeſſore.

Vogler. in Prælect. Antom. ad Vesling. ante triennn. habit.

§. 6. Ad Cauteria, *Fonticulos & Trepanationem* heic accedendum, qvidve illa polliceantur in hoc caſu, enodandũ: Prolixum de illis ineundi diſcurſum prolixitas vetat, laconicè ſolummodò notandum ſubjungimus, exqviſitam & radicalem epilepſiæ curationem inde qvi ſibi pollicentur, magnum utiqve errare errorem: palliativam autem qvandam hinc curam melioribus auxiliis deſtituti qvi ſibi promittunt, his non adeò refragabimur. Nos libenter clientes noſtros ab hiſce moleſtiis liberabimus concludentes hoc *Helmontii* Epiphonemate.

Helm. Tr. de Febb. c. VII. §. 1. & 2.

§. 7. Venæſectiones, Scarificationes, Hæmorrhoidum apertiones, Veſicatoria & id genus alia concurrunt cuncta in cruoris, virium & corporis diminutiones. Stulta ſubſidia circa corporis ſuperficiem, ubi centralia laborant & obſeſſa ſunt, qvibusq; non expeditis ab hoſte fruſtra eſt ac nocuum, qvicqvid per ejusmodi ſimiarum geſticulationes eſt intentatum.

CAPUT IX.

Pharmaceuticum commendat fontem;

§. 1.

VEl potius vaſtiſſimum Pharmaciæ fretum, qvod uberrimo ubiqve ſuppeditat evacuantium rivos, alterantium fontes & corroborantium ſpondet flumina, qvorum belliſſimas Najades jam ſalutare magnum utiqve intererit.

§. 2. Methodus noſtra qvid ulterius heic deſideret, vel ſponte ex præcedentibus clarebit, radicem nimirum, centrum, ac ſemen (ſic vocare lubet cum *Theophraſto*) Caduci exterminandum, qvod cum Chirurgica denegarint, præſtabunt heic primò Evacuantia. Ut aſtris non meliori conſilio reſiſtere poſſumus qvàm materias, in qvas agunt, ſubtrahendo: ſic exorbitantes ſiderum mocrocoſmicorum furores vix feliciori methodo refrenare poterimus, qvam remotione materiæ ſeu cauſæ morbificæ, optimè inqvit *Theophraſtus* jam laudatus.

Tom. VI. Cap. de ⊖lo.

Paracelſ. Tom. IV. lib. de Caducis §. 3.

§. 3. Primas inter hæc media poſtulant caveas Lenientia, qvorum copioſam materiam Practicorum monumenta ſubminiſtrant. Imprimis etiam principium noſtræ præſervationis non parùm nobilitabunt Clyſteria auguſti ſtemmatis encomio clara, qvalia ſunt cum ✠to ☿ali & Tinct. ⊖li balſamica ex 🜍re ejus parata, qvorum vicem talia ignorantibus cum croc. metallor. Tinct. 🜍ri, Anodyn. mineral. &c. facta ſuſtinere poterunt, qvibus ritè concinnatis recteqve adhibitis natura mirùm qvantùm ab inordinati hujus motus occaſionibus retrahitur.

§. 4. Horum veſtigia premere poterunt Purgantia, qvibus optimâ ratione præparantia cum totâ Dogmaticorum coronâ præmittere conſveverunt Medentes. Præparantia nimirum vocant, qvæ bilem, pituitam & melancholiam (de qvibus loqvetur noſtra Febb. Anatome) ad evacuationem diſponunt atqve ſic humoribus peccantibus, qvi mineræ epilepticæ vel nidum vel augmentum præbere ſolent, viam exterminii præparant.

§. 5. Generoſa heic aperientia proſunt, qvæ maſculâ ſimul fermentandi virtute gaudent, qvalia ſunt 🜍rea præ-

primis & ⊕lata, Spir.♀ri, Tinct. ♀ri, Tinct.♀ri ☿iata, Tinctura ☉is aliàs ob virtutes dicta, Tinctura ſecreta *Zwölfer.* Sp. aperit. *Penot.* Clyſſus mineral. Panacea duplicata *Schröderi* &c. Majori tamen autoritate heic & alibi Medicum nobilitabit ⊖ ♀ri volatiliſatum ſ. Sp. ⊖is ♀ri, qvem ſi per accuratam inveſtigationem perficies, nobilisſimum ſanè & vix ſatis laudandum obtinebis medicamentum, qvod adinſtar generoſisſimi coſmetici omnem ex intimis etiam vaſorum penetralibus amurcam potentisſimâ celeritate abſtergendi, fermentandi optimèq; præcipitandi energiam evidenter exhibebit. Qvorum elogiorum honeſtamenta etiam poſtulat ſecretisſima *Mœbii* Tinctura, qvæ in aperiendo & fermentando ſanè miraculosè qvaſi prodeſt, ac jure meretur, ut in ſecretis à paucis ejus poſſeſſoribus habeatur: qvam virtutis nobilitatem non ſolùm ingredientium judiciosâ qvâdam dexteritate compoſitorum, verum ipſius qvoqve præparationis examen abundè teſtatur. Horum autem qvi compotes fieri deſperant, præcedenti Tincturâ ſecretâ *Zwölfer.* & Sp. ♀ri ⊕lat. ritè concinnati vivant contenti, qvæ felicisſimo illos qvoqve beabunt eventu. Sp. ⊕li antepilepticus, pueror. *Hartmann.* c. Spir. □, qvem gratiori aliàs titulo Sp. vin. ſeu ⊖. microcoſm. indigitant, paratus non pigendos qvoqve utilitatis fructus præbet, ita ut non immeritò tota Dania ipſum ſecretè ſervet.

§. 6. Seqveſtrato itaq; ſic peccantis materiæ vitio, vel levi qvodam præcipitante poſtmodum eliminari poterit. Omnium autem optima præcipitantia dicuntur *Schenckio* Purgantia, qvæ hanc ob cauſam utiqve magnifieri debeant, de qva tamen ſententiâ ut & vero purgantium uſu & ſelectu alibi tractabimus. Noſtra qvidem methodus ut ſalvâ aliter ſentientium autoritate vulgaria pleraqve purgantia rejicit, perſvaſa ſcilicet, ſine vulgatis purgationibus omnes morbos feliciter curari posſe, ſic heic etiam expurgatis ita primis viis & ſeqveſtratis totius corporis impuritatibus per laudatisſima jam dicta præparantia hisce qvàmoptimè carere poſſumus. Qvi tamen ſeqventibus poſt qvendam præparantium uſum curationem facilitare & accelerare volet, illum ſanè cum Xenophonte & Hoffmanno cor aureum geſtare decernam.

Schenck. in hiſtor. general. Humor.

Hoffmann. in Præfam. Relat. hiſtoric. judicii act. contra Galen. antea cit.

§. 7. Tale optimæ farinæ purgans eſt Hellebor. nig. ritè correct. utpote extract. ejus, præprimis verò ex toto helleboro parata eſſentia, qvæ truncum Epilepſiæ radicitus exſtirpat: Dieſe ſucht den Grund der Kranckheit [caduci nimirum] und iſt der Natur | daß ſie kein Körnlein ausläſt im gantzen Leibe / das ſie nicht durchgehe / inqvit ſæpè commendatus Germanorum Podalirius. Nullatenus hæc ſolummodò ita nudè profiteor, nimiâ, ut ſolent nonnulli, Theophraſto credulitate fidens, id qvod invidi Theonis dentes heic carpere poſſent: ſed maximâ heic cingor autoritate, cujus vel Pythagoricum effatum omnibus dubitabundis ſufficiet. Summus nodoſæ podagræ domitor *Cnöphelius* ſæpisſimè ſummâ cum utilitate hunc epilepticis & aliis exhibuit, adeò ut etiam polypodium ſolummodò in virtute auctum ob præſtantisſimum in eo latitans balſamum ſæpiùs dixerit, imò propter catholicam detergendi, aperiendi, roborandi ac balſamandi [ſic loqvitur] excellentiam illum magni Hippocratis arcanum fuiſſe amicis ſuis perſvaſerit, cujus experientiam numeroſisſima Magnifici D. D. *Michaëlis* praxis utroqve pollice, imò toto pectore approbavit.

Tom. VII. in Herb. 66.

§. 8. Parem huic aut celeriorem ſi fortè exoptas effectum, ad Emeticum Regale *D. D. Chriſtiani Langii* accedas, qvod nil aliud eſt, qvàm ☿ius vitæ virtuoſisſimis ☉ri & ☽ti radiis nobilitatus, qvi utiq; potentisſimi præcipitantis virtutes miraculosè exeret. Præter illam enim, qvâ ex intimis etiam corporis humani labyrinthis viſcidisſima qvoq; excreméta eliminandi præſtanter pollere certum eſt, virtutem, inſignem inſimul corroborandi efficaciam obtinere aſſeritur. Imò ipſe prælaudatus *Langius in MSS.* unicum in hoc latere feliciter curandæ Epilepſiæ arcanũ toties totiesq; expertus candidisſimè aſſeverat. Hanc qvi fortean methodi Langianæ felicitatẽ prudentisſimô conſiliô imitari intendent prædicto tn. Regali Emetico deſtituti, illis interim ſubſtituendum laudo ritè paratum ☿ium vit. ſ. tenerrimam nobilisſimi ſtibii prolem, aut ▽m verã benedictam vel Oxymel vomitivum felicisſimi *Rulandi*, qvorum verã præparationem ex ipſis ſecretis Rulandi clavibus candidè in Comm. ſup. Brendel. MSS. explicuit

D. D.

D.D.*Michaël*,qvi ob inſignia merita,qvibus tot illuſtres Medicos ſibi tenet obſtrictos,utiq;vel aureâ Hippocratis ſtatuâ dignus jure cenſendus venit. Aureos heic etiam effectus ſpargere poterit 🜍 ♁ii cum ⦶ fixo cæruleo concinnatum, alioqvin planè incognitum, dulci ſuâ flavedine ⊙ri exactè æmulans colorem, qvod ipſum ſub Panaceæ ⊙ratæ ♁ii titulo ſecretè communicatũ posſideo, qvẽ multiplici virtute abundanter jam ſatis explevit. Tam verisſimum utiq; eſt, qvod *Baſilius Valentinus* unus ex Alchymiæ Primatibus concludit: Tanta latere ſecreta in ♁io,ut mortalium nemo tantæ virtutis capax eſſe qveat,aut decenti ſ.perfectâ inveſtigatione arcanas ſtibii dotes perſecuturus potisſit, cum, qvò magis hoc indagandi ſtudium ſiet perſecuturus, eò abſtruſiora ac pretioſiora ſit inventurus. Hoc ſanè Sibyllinum folium utinam omnium Medicorum valvis affigeretur, certisſimè cortina Medicorum magis adoraretur. Odi tamen ceu profanum vulgus & arceo ab hisce arcanis, qvi veram ex odio plusqvam Vatiniano in Chymiam fidelisſimam illam Naturæ cultricem laborantes ignorant medicamentorum ♁ialium præparationem.

§. 9. Tam divites ſunt Naturæ theſauri,ut tanqvam gratioſum Amalthææ cornu non parvo modio,ſed plenisſimo ſacco inſervientes homini gazas ubiq; exhibeat: Novo hoc dictum ſole illuſtrant ſeqventia, qvæ hisce prælibatis jam utiq; ſufficientibus non poſſunt non ſuæ benignitatis commoda addere. Diaphoretica nim. excellentiora heic etiam certanter veluti Epileptico noſtro miniſtrant, qvalis monetæ nobilisſima Chymiæ poniteria gratâ jucunditate exhibent & præter jam enumerata generoſa aperientia ab illuſtrisſimis his Naturæ Proceribus commendantur ſeqq. ♁ diaphoret. 🜍 Philoſoph. alb. *Cnöphel*.ſ.Ceruſs. ♁ ial. Bezoard. miner. ⊖ Corn. C.volatil.&c. Bezoard.mineral.ſimpl. vel compoſ.cinabr. ♁ii ad ☿ialem & ⊙ream deductum naturam ſit heic nobis inſtar omnium. Uti enim hoc medicamen ob corroborandi ac purificandi energiam Panaceæ titulo jure ſuperbit; ſic in Epilepſiâ etiam vel ſolo vomitorio præmiſſo omnem morbi nervum totaliter exſcindit. Eſt enim hoc Remedium veluti commendatisſimũ & tam ſanctè ſervatum ☿ii Aſtrum, qvod ad univerſalis medicinæ [ſc. qvod cum ſummo fructu in omnibus

mor-

morbis ſine diſcrimine uſurpari poteſt, id qvod ſub hac notione intelligimus] gloriam jam olim aſcendit. Ejusdem qvoq; commatis propemodum eſſe videtur Specificum Cephalicum D. Michaëlis, qvod in omnibus cordis & capitis affectibus catholicam gnaris exhibet poteſtatem.

§. 10. Deniq; immanè qvantùm mihi arrident talia, qvæ naturæ miniſterio unicè & amiciſſimè dicata non modò comendabilem diaphoreſin excitant, ſed ſimul etiam qvasvis impuritates per □m aliaq; naturæ placentia emunctoria potentisſimè eliminant, qvale eſt toto orbe jam celebratisſima Tinct. nephritica ☉ris ſ. potiùs ab aureo effectu aurea, qvæ *Ammelungio* adſcribitur ex ſilic. ♀ ⊕ ♁io & ⊖ am̄. parat. Superius laudata hanc ipſam qvoq; antecellẽs Tinct. *Mæbiana* it. Tinct. bezoard. D. D. *Michaëlis* &c. qvæ medicinæ ut in omnibus fermè malis ad univerſalis panaceæ evlogium aſſurgunt, ſic heic etiã deprædicatâ virtute excellentisſimè præſtabunt. Spirit. antiqvart. ex ⊖ am̄. heic deniq; laudari meretur, qvi præter heroicam vim diaphoreticam [*Cnöphelius* ejus gt. vj. militibus ſolo in plateis pallio tectis egregium moviſſe ſudorem aſſerit] præſtantisſimâ qvoqve per □rios ductus exturbandi efficaciâ eſt nobilisſimus adeò ut qvosdam hunc ſpiritum Panaceæ loco uſurpare referat D. D. *Michaël in Not. ad Chym. Rolf. I. A. F. R. MSS.*

§. 11. Agmen heic claudere poterunt particulares Evacuationes, Errhina nim. & Apophlegmatiſmi, qvorum formulas in Practicorũ monumentis evolvere præſtat: Nos cum præcedentibus ſtipato planè inutilia ſint, horum materiam decreto prolubio jam omittimus.

CAP. X.

Vitali refectione naturæ ſuccurrit.

§. 1.

Tom. IV. Lib. de Caduc. p. 318 §. 1.

PIâ profectò appellatione Medicina miſericordia divini amoris *Paracelſo* audit; ejusq; legatos à Deo executores optimè dici Medentes eleganti ratiocinio deducit idem. Cœleſtisſimum *a.* hujus miſericordiæ Palladium ſi ulla celebrant medicamina, certè toti naturæ clangentibus lituis clarisſimè ebuccinant membrorum Corroborantia ſeu Specifica, ubi ſingula Naturæ regna

gna chaoticâ ſuâ partium humanarum imagine naturæ domino homini famulantur.

§. 2. Nolitote à rarâ hac notione abſterreri, cujus penicillo ſpecificarum virium cauſas adumbrare cum *Theophraſto* placuit: Ut enim has non ab elementorum miſtione [eo modo, qvo communiter fieri dicitur] ſed à ſpecificâ & dotali rebus ſupernè inſtillatâ ſpiritualitate deſcendere Hermeticis per experimentalem phyſicam, cui omnes rationes jure obediunt, certisſimè conſtat; ſic ſpiritualem ſeu potentialem qvoqve repræſentare veluti membrorum ideam cur non explicationis & illuſtrationis ergò cum *Paracelſo* dicemus.

Parac. Tomo II. Lab. Medic. C. X. p. 234.

§. 3. Secretiorem hujus ſympathiæ ac dotalis veluti ſymboli, qvo ſingula *in naturâ rerum nobilisſimâ harmoniâ* conſpirant, rationem heic etiam ex priſcorum ac recentiorum Hermeticâ, ſive ſagaci Philoſophia adjungere ob mirã raræ hujus ſcientiæ excellentiam forſitan juvabit. Septem nim. planetarum ſpiritus in rerum univerſalitate maximô indagine veniunt conſiderandi, qvi, tametſi aſtralibus ſuis veluti in æthere characteribus glorioſisſimam Dei majeſtatem indeſinenter enarrent, ſublunarium tamen ſaluti qvaſi unicè invigilantes continua ſpirituum effluvia tum in miraculoſisſimum, qvod perambulant, terræ centrum, tum omniũ regnorum trigam inceſſabili favore jaculantur. Hoc eſt benedictum Dianæ Hermeticæ lavacrum, cujus balſamico nectare tota ſitibundæ naturæ ariditas tanqvã deſideratisſimo poculo jugiter irroratur ac intimè reficitur. Hoc eſt ſtupendum Philoſophiæ Hermeticæ myſterium, qvod dimidiatis ac fractis ſolummodò verbis inſinuare, adeoq; aqvilam illam ſ. divinum univerſitatis Archeum omnis perfectionis parentem ſcientiæ filiis commendare Philoſophi conſveverunt, ſine cujus cognitione totius Phyſicæ ſplendor plusqvam Cimmeriis ſepelitur tenebris. Hinc præprimis imperſcrutabilis Divinæ ſapientiæ immenſitas eluceſcit, qvæ horum ſpirituum virtuoſas digeſtiones in toto creaturarum ambitu mirandâ jucunditate amatoribus ſuis manifeſtat accurato per diverſos ♄ni, ♃vis &c. genios ordine usqve in perfectam ac deſtinatam dominantis ſpiritus exaltationem continuò aſpirantes. Minerale regnum hoc illuſtret exemplo: Stillant in terræ centrum rorantes Pla-

neta-

netarum benignitates humidum rerum radicale ſeu ſpirituum ſuorum vapores, (ſpiritum mundi vocamus) qvi in centri concavitate commixti per terræ poros ſvavi ſublimatione elevantur & pro exuberantis planetarii ſpiritus dominio ſucceſsivè jam in ☉is & ☽æ circulantur perfectionem, jam in ♄ni ♃vis ♂ &c. digeſtione remanentes in diverſa mineralia congelantur. Per hanc naturam, loqvor cum re & nomine *Athanaſio Kirchero* acutisſimo noſtræ ætatis Phyſico, qvæ eſt Ars Dei & Spiritus univerſorum ſeu anima mundi, omnia aptè connectuntur & per motum in tantam harmoniam concinnantur, ut unum ſine altero abſqve totius diſſolutione eſſe non posſit. Atqve hæc eſt vera illa catena heracleotica ex ultimis cœlorum confiniis in ultima mundi corpora demiſſa, ex qva ſi vel unum annulum aut globum ſeparares, totum utpote ſolutâ compage concidere neceſſe foret. Sic nimirum corpora mundana qvantumvis remota per occultam tamen proportionem hominibusq; incognitam connexionem cum omnibus ac ſingulis conſonant. Hinc hauritur, qvid ſit Ens Aſtrale omnia vivificans, nobilisſimus aſtrorum odor, vapor ſeu ſudor, qvo utilius qvid non datur Medico inqvirere aut cognoſcere, qvod *Theophraſtus* tam ſæpisſimè ac fidelisſimè inculcavit. Inde claret, qvid ſit Magnale magnum (à Paracelſo hoc petiit nomen) *Helmontii* & ſpiritus univerſi, omnis ſympathiæ ac diſpathiæ leno & confabulator. Nil nimirum aliud ſunt, qvàm mirandæ rorantis cœli influentiæ, per qvas in omnibus elegans univerſitatis typus deliteſcit & unumqvodqve cœlo ſuo ſeu qvintâ eſſentiâ lucidisſimè ſplendet; ſeu, ſi malumus cum *Helmontio*, qvarum auxilio omnia naturalia in ente ſeminali continent firmamentum particulare, ratione cujus ſymbolizant ſupera cum inferis lege amicitiæ ac philavtiæ. Sic exempli loco tota naturæ majeſtas in homine miraculoſisſimâ Dei prudentiâ veluti depicta conſpicitur. ☉em macrocoſmi cor, ☽am cerebrum, ☿ium pulmones, ♄num ſplen &c. in minori mundo repræſentant, ut etiam ☉ macrocoſmi, cor microcoſmi, ☽a cerebrum &c. vel in aliis naturæ regnis cordialia cor & ☉em, ſplenetica ſplenem & ♄num &c. ob ſpirituum planetariorum, qvibuscum qvaſi inter ſe Helmontianâ phraſi confabulantur, exhibent. Hic eſt ille ſublimis ac abditus naturæ concentus, hâc jucundisſimâ concordantis intimè orbis harmoniâ de-

Kirch. Itiner. Ecſtat. I. Dialog. II. cap. IV. p. m. 399.

Paracelſ. Tom. I. Tr. de Ent. Aſtr. c. 6. 8. &c.

Helm. de magnet. vuln. Curat. §. 151. l. c. §. 60. &c.

mam

mum ſuperius eſt ſicuti inferius, ac inferius ſicuti ſuperius. Sic habeas, Lector faventisſime, ſinceram totius Hermeticæ Philoſophicæ Epitomen nullibi tam claro aliàs compendio concinnatam, qvam ex ipſisſimis Claſsicorum fontibus improbisſimo labore à me exantlatam candidisſimè aperire volui, qvorum uberiorem declarationem haurire poteris ex *Sendivog. in Nov. Lumin. Chymic. Paracelſo in omnibus ejus Tom. Viſion. Phyſic. Natural. rotund. Cabaliſt. & adhuc florente Filio Sendivegii in Sudo ſuo, utpote in qvibus exoptatum veritatis philoſophicæ jubar ſplendidisſimè coruſcat: item Combach. in Phyſ. Cap. de Mund. Helmont. de magnet. Vuln. Curat. §. 69. & 151. Id. tract. Vac. Natur. §. 19. Comen. in eleg. Phyſic. Chriſtian. Petr. Johann. Fabr. in omnib. ejus monument. præprimis v. Pallad. Spagyr. & Panchymic.* ubi de Lap. Philoſ. maximè qvidem errat, aſt de ſpir. mund. elegantisſimè loqvitur. Excellentisſimus D. D. *Hauptmann. Tractat. de Viticult. error. & Therm. Wolckenſteinenſ.* Chriſtian. *Lang. Disput. judicioſiſſ. de Elix. propriet. & in MSS. Animadverſ. paſſ.* præprimis verò illud Orb. Miraculum *Athanaſ. Kircher. in Itin. Extat.* & pretioſiſſ. *Mund. Subterran.* præprimis autem *Itin. II. Dial. II. Cap. III. p. m.* 581. 582. 583. 584. *imò ubiqve in cit. lib.* Videtur enim hic Vir ipſam cryſolithinam ſapientiæ lympham in ecſtaſi ſuâ ex aureo Mercurii oceano hauſiſſe [ut ipſe hanc ☿ali globo virtutem adſcripſit.] *Itin. I. Dial. I. C. IV. p. m. 159.*

§. 4. Hâc præſuppoſitâ Syzigiâ, ut propius ad rem redeam, omnia, qvæ in tribus Naturæ Claſſibus benignis ☽æ ſpiritibus turgent, ☽æ microcoſmicæ cerebri, ſeu potius facultatis animalis eſſe patrocinium, neceſſariâ, ut & in aliis, diductione probant, non qvidem, qvod ſoli cerebro proſint, ſed qvod principali reſpectu hoc tueantur & intueantur. Plurima qvidem, qvod haut negamus, ex compendioſâ hac relatione alicui ſuboriri poſſunt dubia, qvæ tamen ob prolixitatem heic neglecta tum ipſi conflictui, qvàm alii tempori reſervamus: cùm omnia hæc defendere nec locus, nec tempus, nec animus aut ingenium jubeant.

§. 5. Differendo itaq; non auferendo tantæ doctrinæ prolixitatem heic ad Epileptica Vegetabilia accedimus, qvid luminarium potentiæ in illis polleant inqviſituri. Pæonia in exaltatione collecta, lilium convall. ☽aria, ſqvammaria, rosmarin. tilia heic præprimis ſuas exponunt dotes, ſi in aſtrorum præparata exiſtunt ſpiritualitate, hoc *Theoph. Tom. II. Paragran. Tr. III. de Alchym. p. m. 62.*

 eſt,

eſt, in Tincturas & ſpiritus arte ſpagyricâ propriâ nimirum ſolvente clave [qvem modum inter arcana reſervant ſublimiores Chymici] per fermentationem exaltantur. Plura vid. in Practic. celebr. libr. qvorum optima optimè ingrediuntur laudatisſimum Elix. Cephalic. D. D. *Michaëlis*. Ultimò tamen heic revelabo raritatis ac nobilitatis elogio famigeratisſimum Arcanum, oleum nempe Heraclinum Rulandinum, non ſpurium, qvod ubivis reperitur, ſed ex ipſis ſecretis *Rulandi* Clavibus depromptum, qvod publicam hactenus nondum adſpexit lucem. Ipſa mihi communicata verba ſincerè boni publici ergò huc transſcribam. Lignum Heraclinum eſt lignum coryli ſed balſamico tempore collectum [alio tempore collect. fœtet ejus oleum, & virtute verâ deſtituitur NB.] nempe qvando ☽a verſatur in ſign. ♋ & qvidem die ♀ris id qvod fit ſingulis annis bis vel ter ante ort. ☉is, da ſollen die jungen Haſelſtauden von ein oder zwey Jahren abgehauen/ und in umbrâ wohl ſiccirt werden / dann in Stücklein etwan Fingers dicke zerhauen und in cucurbitâ terr. inverſa per deſcenſ. △e. circular. ausgetrieben vel etiam per Retort. ſic exit ▽ & ol. craſſum. ▽ cum ▽til. in Epil. qvoq; commodè uſurpatur; ol. verò fœtens miſcetur cum aliqvo Cap. mort. inſip. utpot. ♀r. l. c. Ciner. deſtill. & ſic per balneum ſiccum rectificatur, ſic exit ol. aurei coloris & grati odoris toties à Rulando decantatum. Conf. *Annot. D. D. Michaël ad Brendel. MSS. p. m. 36. Brendel.* n. falsò lign. qvajac. ſubſtituit, qvod improbat laudatus Autor.

Von der groſſen Welt-Apothecke *vid. Para. in Labyr. Med. c. 7. p. 220. T. II. elegant. different.*

§. 6. Ad animalem mundani Pharmacopolii claſſem jam progredior, ex qvâ hæc probatisſima erudito Lectori offero. Sp. ſangv. humani aut cervin. heic ob ⊖ volatilis copiam balſamicâ virtute ſpiritus noſtros placandi, excitandi, ac corroborandi præſtantiâ efficaci pollent, hinc meliori ſanè conſilio & ſucceſſu qvam ex cranio parata medicamina in caduco proderunt.

Helm. Tr. in verb. herb. & lapid. p. 462.

§. 7. Virtuoſisſimam tamen horum omnium efficaciam longè antecellit mineralium magnificentia, in qvorum veluti lucentibus ſpeculis adhuc typus qvidam prioris immortalitatis reſiduus manſit, & hactenus modo imperceptibili nedum communicantur ejusmodi ſpecula, ſed & ſuſcipiuntur libenter ab Archeo, adeò ut heic immortalitatis primævæ folia ac arboris vitalis frondes veluti adhuc conſpici non ſine ratione dixerit graviſs. Theologus *Oſiander*, [*in Panegyr. qvod Doctor. à Gerhard. de Panacea conſignat.*]

Cum

Cũ enim in illa tota naturæ vis centralis per aliqvot prius ſecula prodigaliter ſuum profuderit theſaurum, utiq; ritè parata ineffabiles corroborandi virtutes in corpore noſtro explicabunt, ac incorruptibili, qvo lucent, ſplendore, luminoſos membrorũ præſides irradiare adeoqve vitam in ipſo vitæ fonte illuminare atqve defendere poterunt.

§.8. Omnium aut. primas merentur orcheſtras ☉rum & ☽tum potabile ſeu eſſent. & ol. ☽ti ut & ☉ri decenter ac legitimè paratum, de qvibus omninò certiſſimum eſt, qvod ob ingens puritatis ac claritatis decꝰ, qvô excellentiſſimè nitent, omnes microcoſmi tenebras vitali ſplendore illuſtrare, exorbitantem Naturæ efferveſcentiam maximô conatu componere, âqve irruentibus ſpirituum excrementitiorum hoſtilitatibus benignisſimi ad inſtar ſideris effectiſſimè depurare ac defendere poſſint. Aſt ubi haurienda illa ſecretiſſima philoſophici fluminis unda? ubi inveniendus ille benedictus Sophorum ☿ius ſeu menſtruum univerſale, qvod in hanc, ut ſic loqvar, activitatis ſphæram congelatum. ☽ti & ☉ri rigorem translocare aptum natum erit. Frugibus itaq; negatis glandibus veſci cogimur, aliis nempe interim utendum erit, quæ illum cœleſtis ☽æ & ☉is ſplendorem haut obſcuris qvoq; de ſe ſpargunt radiis. Nos heic laudamus illam ☽ti eſſentiam, qvæ Sp. ⊖li philoſophico (qvi ipſe in hiſce epilepticis mirè prodeſt) ſed ſummè rectificato ab accuratioribus Chymicis præparatur. Nobis innotuit etiam per multam indagationem nobiliſſimum aliqvod mineralis proſapiæ menſtruum, qvod ut primum ens ſeu ſpiritualem metallorum eſſentiam mirè copioſam in ſe continet, ſic congelatum etiã ☽æ & ☉ri corpus in ſublimem absq; dubio exaltat eſſentiam, qvæ ſanè, ſi non ipſi philoſophico acumine concinnatæ paria facit, proxima ejus inſeqvetur veſtigia: Vivum Saturnum hujus eſſe materiam hoc loco manifeſtaſſe ſufficiat.

§. 9. Munificentiſſimum ♀ris ſidus heic qvoqve aſpiciendum veniet, cujus etiam radii, qvicqvid etiam alii ogganniant, divinitus qvaſi cerebri functiones illuminant, qvod *Baſilius Valentinus ac Theophraſtus* uberrimè inſinuarunt. Sed unde, qværis, tanta pollicetur compactus ♀ris terreſtris globus? Ab ipſis qvoq;, dicimus ac defendimus hæc provenire ſiderum influentiis, hujus metallicæ viriditatis paretibus; qvæ cum non adeò rigidis ſtet coacta vinculis, citius virtuoſiſſimæ ſuæ

— — — — lucis honorem
Spargit, & admoto ſplendet ceu ſidere Lunæ.

Talia autem ſunt præprimis ex 🜖lo ♀ris ſeu communi qvoqve calchanto ritè parata medicamenta, qvæ omnia corporis intima pervadere, purificare, omniaq; ejus principalia membra gratiſſimo nectare poterunt irrorare. Paſſim eqvidem ejus proſtant præparationes; verùm abditæ ſatis, qvæ ſublimiorem qvendam parandi modum ſpirant. Candor, ſi non qvid aliud, ut ubiqve nos nobilitet, ſincerè illa tradimus electumq́; illorum pro virili publicamus. Omnia nimirum ſuperant Sp. 🜖li ♀ris vel 🜍re ex ♀re eliciti vel acet. deſt. ex Vir. ær. parat. qvi, ſi poſt rectificationem ſpiritu aliqvo epileptico utpote ceraſ. nigr. aut radic. pœon. per fermentat. &c. circuletur & intimius uniatur, vix celebrandas ſatis afferet in hoc caſu ſuppetias. Divinitus etiam heic prodeſt Arcanum Cephalicum D.D. *Cnöphelii*, qvod qvi parare noverit, is de ſecreto epileptico jure gloriari poterit: ex omnibus autem 🜖li partibus in ſubrubeum pulverem fixatis paratur. Spir. 🜍reus volatil. 🜖li etiam ſummè heic commendatur ſed aliis permixtus, qvod mirè 🜍reus, qvo admodum odorantis nares ferit, ejusdem odor ſtatim inſinuare videtur: non autem ex calcinato 🜖lo, ſed ex viridi præprimis nativo adhuc deſtillari debet, cujus tamen minimus proventus; vix ℥ij ejus ex integr. decem 🜖li Ungaric. opt. ℔ qvondam accepi, Vid. de ill. *Furnos philoſoph. Glauber.* Imprimis vero omnium optimum heic eſt Arcanum Caduci, cujus ſupra etiam ex *Paracelſo* mentionem injeci de cujus virtute hoc eſto præludium. Alles das/ſo da hinnehmen ſol Caducum, das muß einen ſubtilen/ ſcharffen durchgängigen Geiſt in ihm haben/und alsdenn im ſelbigen iſt die Krafft den gantzen Leib zu durchſuchen und nichts außzulaſſen. Mit demſelbigen Suchen wird die Kranckheit auch gefunden an dem Orth / da ſie liegt: deñ eigendlich mag es niemand wiſſen/wie oder wo ſein Sitz iſt/ſein centrum od̃ periodus, von dem es außgehet. *Et paulò poſt:* Dieſes Arcanum wirds wol finden/ wie die Sonne den Kreiß der Welt, dz ſol man allein handeln laſſẽ. Baſis a. hujus nõ eſt Sp. theriac. ſed hic ipſe Sp. Vin. exaltat⁹ 🜖li Spir. cui ob maj⁹ penetrãdi robur additur Sp. 🜿 ac ther. camph. hâc proportione, ut ſumat. Sp. 🜖li laudat. ℥ij Sp. 🜿 ʒv. & ℈j. Sp. theria. camphor. ʒiij. & ℈ß. Sp. 🜿ri, inqvit *Theophraſtus*, ſol genommen werdẽ der dritte theil/Aq. ther. der fünfte theil gegen dem Sp. 🜖li. Mirandum

Theophr. Tom. VII. de 🜖lo.

ſane

ſane hanc proportionem à nemine Medicorum obſervatam & ita ſimpliciter erranti *Andernaco* hactenus creditum fuiſſe; cum tamen hæc maximè omnium vulgatæ proportioni ſit contraria. Sic nimirum ſolet credula errorum humilitas nobilium medicaminum proſapiam inficere ac deturbare interdum, qvæ auguſtisſimum qvoq; hujus medicamenti ſtemma dehoneſtavit, id qvod publico effatu heic declarãdum fuit. Aliis itaq; uſibus deſtinetur Miſtura ſimplex, qvos bonâ fide etiam commodè parata in multis affectibus explere poterit: mihi tamen ex eodem fundamento promananté famigeratisſimã *D. D. Michaelis* Tinct. Bezoardicam hanc plurimis anteire paraſangis certisſimè conſtat. In Epilepſiâ verò in poſterum adhibenda venit hiſce ſpp. nobilitata volatilis ⊖li eſſentia, qvæ per totum penitrat omnes corporis ſemitas, ut nil relinqvat intentatum, adeoq; unico medio caducum everrat, &(non offendant nos hæ locutiones) qvicqvid immediatè in corporis latebris alicubi ſedem fixit, ut *Helmont.* loqvitur. Potisſimũ autem heic laudantur tàm à *Theophraſto*, qvàm aliis ſublimioris Chymiatriæ Myſtis ⊖li ſpir. commendatus aut aliâ ratione illuſtratus in dulcem ~~redactus eſſentiam~~, qvæ utiq; potẽtiori longè energiâ virtutes membrorum recreabit, ac veluti præpotens qvoddam aſtrum ſangvinis intima cum miro totius naturæ jubilo peragrabit ac purificabit. Si qvis artificioſè magnetico aucupio aviculam Hermetis ſ. Spiritum univerſalem mundi, qvem appoſitè magnus Kircherus entelechiã mundi indigitavit, capere, cum ⊖lo philoſophicè calcinare ac in aſtralem & dulcem tandem eſſentiam exaltare excogitabit: mirandum is obtinebit medicamen, ſub qvo veluti novo vere tota hominis virtus egregiè regerminabit & ad cœleſtẽ qvaſi temperiem ſummâ potentiâ exaltabitur. Verùm ſibi reſervare cupiunt hunc modum Chymiæ Primicerii, qvamobrem & nobis cephalicam hanc ⊖li aſtralis mannam evulgare non licet. Id enim Chymia præ ceteris diſciplinis ſemper ſervavit ſingulare, ne roſæ ante porcos ſpargantur. Scripta namq; Hermeticorum ſunt exhortationum loco, ut qviſq; propriis perficiat laboribus, qvantum ſibi ſupernè indultum fuerit. Hic cœleſtis ⊖latæ Dianæ liqvor ſublime *Hobenheimenſis* multorumq; idem expertorum pronunciatum verificat: qvartam nimirum Pharmacopolii partem in ⊖lo (qvod alibi anagrammaticè ſub multivori &c. nomine occultavit & commendavit) latere: ſtupendas in ⊖lo latere virtutes; coctam

Helm. Tr. Aſthm. & Tuſſ. §. 40.

Theoph. Tom. II. Defen. III. p. m. 171.

Kirch. It. Exſtat. It. II. Dial. II. cap. III. p. m. 581.

Helmont. Tract. Pueril. Humoriſt. Vind. §. 5.

ejus

Pet. Joh. Fab. in Pallad. Spagyr. cap. XV. p. 217. Theoph. Tom. IV. Method. II. de cur. morb. ament.

ejus dulcedinem divinum præbere medicamen: in ⊕lo latitare ſpiritualem ☉ri naturam, ☉ri propemodum excellentiam ſuperantem, aureum hunc ⊕li ſpiritum ritè paratum vix aut parum ☉ro cedere potabili, ſolumq; ſufficere curando caduco: ⊕lum omnium in ſe mineralium energiam continere, ⊖ ⊕li philoſophicè calcinatum excellentem in ſe continere panaceam non ſine causâ pro lapidis philoſophici materiâ à nonnullis venditatum, qvod amico cuidam dixit nunqvam dignè celebrandus Cnöphelius. Ubi tamen nemini erroneæ hæ concluſiones in mentem veniant, ac ſi ⊕lum univerſalem materiæ philoſophicæ majeſtatem in ſe foveret, ac ſi commendatiſſimꝰ ille Sendivogii chalybs ſeu magnes in calchãto deliteſceret, qvi ex radiis ☉is & ☽æ attractum illum tot philoſophis qvæſitũ occultaret theſaurum, eò qvod ſpiritus ac eſſentiam ☉ri in ſe continere fuerit affirmatum. Mirabilis qvidem eſt ⊕li ros & laudabilis, hujus tamen catholicæ benignitatis efficaciam ab ipſo qvi petet, repulſam certiſſimam feret. Longè alia multumq; excellentior eſt philoſophica nympha ac lympha, longè etiam occultior & magis incognita, nondum in triumphali curru cum ⊕lo aut ☿io circumvecta, qvod illuſtris mihi nuper dicebat Philoſophus.

§. 10. Fermè heic oblitus fuiſſem ☿ii, cujus excellentiſſimæ mineræ commodè jam recordor, hanc ſolam integrum in ſe pharmacopolium continere conſtantiſſimè aſſevero. Nobiliſſimum ejus 🜍 ſeu Tinct. ☉rea totam ſangvinis maſſam à craſſis, putridis ac impetuosâ fermentatione ſævientibus humoribus & omni impuritate ſtrenuè purificat, adeoq; totam naturam, cujus veluti gazophylacium eſt ſangvis, ſingula principalia membra & ſic etiam muſculos & cerebrum præſtantisſimè reſtaurat eorumq; pathemata funditus placat. Laudari heic meretur cinabar. ☿ii, præprimis verò *Helmontii* inde cum Sp. ⊕li ♀ris concinnatum pharmacum. Dulcedinem ☿ii miris modis commendat in Caduco *Paracelſus*, qvæ tamen vix ſine univerſali ſolvente Alcaheſt poterit parari. Perſpectum mihi cum aliis nonnullis eſt ſecretum qvoddam ☿ii ol. qvod mirâ jucunditate in præparatione ſuâ aſcendit inſtar folior. ☉ri, id cum egregiâ purificandi, ſingulasq; membrorum virtutes ſingulari felicitate renovandi præſtantiâ nobis ſit commendatiſſimum: heic jure etiam commendatur, cujꝰ vi-

cem

cem qvodammodò adimplere poterit liqvor ☿ii, qvod malè immaturum liqvorem Alcaheſt appellitant, à *Rolfincio* deſcriptus. Tinct. ☿ii vera heic etiam laudes poſtulat, qvam ritè parari poſſe multi ſine ullo judicio negant, qvam ipſam etiam optimo ac omni corroſivitatis tyrannide carente menſtruo præparavit ſupra laudatus nunqvam ſatis laudandus *D. Langius*, ejusqve amiciſſimus *Auguſtus Hauptmannus* excellentiſſimus Sophiater. Nos interim contenti vivimus Tinct. ☿ii *Zwölferian.* ex vitr. ☿ii c. Sp. cryſtall. Vir. ær. aut etiam acet. mineræ proprio nimirum menſtruo extractâ, qvarum prima celebrandas jure meretur dotes; ultima ob ſublimiorem parandi modum non poterit non omnibus eſſe acceptiſſima. *Rolfing. Chym. I. A. F. R.*

§. 11. Satis jam, ni fallor, luxerunt fulgentiſſima cœli Hermetici ſidera, ut, qvantoperè fuget lucidiſſimus horum claror vulgarium remediorum tenebras, nulli non clariſſimè luceat. Rimare interim non ſolùm L. B. ſed mirare etiam tam illuſtriſſimè ſplendidam almæ Chymiæ lucernam hodiè fulgere tantoq; Phœbo colluſtrare Jatroſophos cum inſigni ob id jubilo ægrotantium ſtrata accedentes, imô & optimâ recuperandæ ſanitatis fiducia ac ſingulari autoritate illorum thalamis exeuntes. Attamen! ſidera hæc ſolummodò fuerunt, hoc eſt à ſole ſuo omne, qvo clarent, lumen mutuantia, jam ſolem ipsũ aſpicere lubet, cujus pulcerrimum decus in his non obſcurè ſcintillavit, ſolem nempe Sophorum, lucidiſſimum illud totius naturæ naturantis ac naturatæ, liceat ſic loqvi, ſpeculum, de cujus monarchicâ dominatione ſi ob raritatem qvædam ſpargere incipiam, fortean delectaberis, & noſtrum utilia dulcibus miſcendi ſtudium commendabis.

CAPUT XI.

De Lapide & Menſtruo philoſophorum balbutire tentat.

§. I.

TAm pauci in centro ac culmine myſteriorum ex magno naturæ libro depromptorum verſari amant, ut neſciam ſanè, qvo fatô ſublimia Chymiæ tam perperam ludibrio haberi ac pro fabulis nugamentisq; æſtimari communiter ſoleant: verba ſunt Medici cujusdam æternâ famâ digniſſimi, qvorum thyrſo omnium illuſtrium ingeniorum tentamenta percutere & ad celſiſſimum Philoſophiæ Hermeticæ *D. Chriſt. Lang. in Animad. cit. MSS. cap. 44. §. 16.*

meticæ Olympum invitare artis filios voluit. Qva Eia! nos etiam ſeqvere pauliſper infimas ejus ſcalas perreptantes, aſpice ſolummodò miraculoſam ipſius venuſtatem, ſi aſcendere non datur, imò plus ultra tende & infirmitatem noſtram, ob qvam heic contempti ſumus, reformidare noli: Aſt natura ſit Ariadne tua, qvæ niſi filo ſuo te juvet, procul eſto ab hoc labyrintho, nunqvam faventis Atalantæ oſculo frueris. Tali nos ſemitâ præimus, qvam nimis ſenticoſam ſi fatearis, infirmitatis plura denegantis nomine nos excuſatos habe, nondum enim ipſi heic ire poſſumus, ſed ad ſerperaſtra Philoſophorum greſſum adhuc nobis formamus.

§. 2. Unica (ſic balbutimus in hiſce magnalibus,) non genere ſolummodò ſed & numero datur materia in totâ naturæ univerſitate, qvæ tantam **lapidis philoſophici** gazam copioſisſimè in ſe continet, qvam tamen pro vario conceptu jam duplicem ob 🜍 & ☿um, jam triplicem ob 🜔 🜍 & ☿, nunc qvadruplicem ob elementa, jam qvintã appellant cœleſtis proſapiæ causâ eſſentiam, qvæ tamen undiqvaqve tàm conformis eſt temperiei ac fortisſimæ compoſitionis, ut in diverſas partes diſpeſcere eam ſit imposſibile. Hoc eſt illud pretioſisſimum naturæ margaritum, circa qvod numeroſisſima ſemper fuit Chymicorum induſtria: cujus arcani inveniendi ardor tot arcana Medicinæ aperuit, ut pulcrè loqvatur Magnus *Sendivogius*: Nos dum *lapidem* qværimus, alia *invenimus, & niſi natura ſuum in eo jus teneret, vix aberraremus.* Hoc arcanisſimum cimelium eſt ille Sophiæ Hermeticæ Microcoſmus ac veluti qvoddam orbis centrum, in qvo omnium elementorum nucleus, omnium aſtrorum vires adeoq; univerſa Naturæ majeſtas mirè magnetico qvodam confluxu conſpiravit. Hic Philoſophicus ☿ eſt illud primitivum corpus metallicum, materia vilisſima & ob valorem fermè triobolaris, ob virtutes inæſtimabilis, ob exactisſimam veluti ad pondus temperiem dulcisſima, ob turgens tingentis metallici ignis fulgur penetrantisſima, electrum minerale immaturum ſeu viva metallorum omnium in ſuâ viriditate coruſcans arbor, qvæ floribus argenteis & ☉reis tam elegantisſimè viret, ut nihil magis deſideret, qvàm ut convenienti auxilio ab imperfectionis cruditate liberata ad ſummum maturitatis gradum deducatur. Cum enim ſurculus ſit ac efflorefcentia planetarum terreſtrium, qvæ in

cru-

crudâ ſuâ immaturitate haud paucos in pediculo imperfectorum metallorum contineat colores præparatione uſq; ad purpureum carbunculum redigendos, neceſſe utiq; eſt, ut naturali veluti fomento caloris in phialâ Spiritus ejus tingentes ab imaturâ hâc cruditate liberati concentrentur perq; colorum nigri, viridis, cinerei, candidi, flavi, ſubrubentis, rubei diverſitates tandem ad purpuratum vitri ſplendidisſimi decus diuturnâ hâc & naturalisſimâ circulatione exaltentur. Naturalisſimâ inqvam, cum in montium cavernis eâdem qvoqve methodo metallorum diverſitates ac potisſimum ☉rũ â magno naturæ Archeo coqvantur ac ſublimentur, ubi ſpiritus planetarii ☉rium copiâ exuberantes in terræ concavitate permixti tamdiu in montium poris circulantur, donec omni imperfectorum metallorum excrementitio 🜍re ſeqveſtrato in purisſimum corpus ☉reum concreſcant. Unde naturam ipſam ob ſummum hoc imitandi ſtudium appellitant Alchymiam, cum ea pari viâ talem ex montium centro eliciat materiam, qvam natura pauliſper ſolummodo congelavit, atqve ſic his ipſis metallicis ☽teis & ☉reis ſpiritibus aliqvâ tamen adhuc imperfectorum metallorum impuritate ſeparandâ obſcuratis ditavit, qvam poſtea etiam ab hac 🜍reitate ſeqveſtrantes uſq; in deſtinatum â naturâ & naturæ magnifico Autore perfectionis ſupremæ, qvam natura ſola nunqvam perficere potuiſſet, finem, hoc eſt, unico gradu ☉ri perfectionem tranſcendentem auguſto ſanè & incomparabili conſilio, angelico potius & divino, qvàm humano conatu perducere allaborant. Hoc eſt illud ſeminis metallici fundamentum, hic eſt Magiſterii Philoſophorum benedicti Proceſſus, qvem qvi indagare, invenire & ex aptâ philoſophis poſtulatâ magneſiâ elicere valebunt, certè ſingulari qvodam cœli favore nati, peculiariq; Divinæ miſericordiæ gratiâ ditati jure creduntur. Et ſic habes compendioſisſimè depictum totum ineffabilis hujus Panaceæ Paradiſum veluti in ſpeculo repræſentatum, cujus floſculos ex optimorum Philoſophorum viretis heic intertexere placuit. Tu evolve jam antea citatos, ſingula etiam verba inibi reperies.

§. 3. Pergo ulterius in hoc arcanorum antro & ad Univerſale menſtruum accedo, qvod virtute & raritate lapidis dicti latus premit. Hoc ſi non ipſam Philoſophorum materiam deſiderat, certè pro-

pinqviſſimè ipſius inſeqvetur veſtigia. Tantam enim cum in tria regna habeat poteſtatem omnia radicaliter ac centraliter pervadendi, aperiendi inqvè ſidera ſua veluti exaltandi, certiſſimè etiam univerſæ naturæ dotes confertim contineat neceſſum eſt, unde etiam univerſalis titulum meruit. Amabile pariter ac utile heic eſſet profundius in Naturæ ſanctuarium deſcendere, hunc cryſtallos ex ☉e & ☽â, illum ⊖ ex pluviis, hunc ⦶ ex aër. alium 🜍 ex rore, qvendam ☿ium ex nivibus &c. in omnibus tamen ſemen mundi ſeu univerſalem ejus ſpiritum judicioſisſimâ induſtriâ elicientes jucundisſimo ſpectaculo admirari, niſi Colophon jamjam diſcurſui noſtro eſſet imponendus. Conſtitueram antea loco Diſputationis inauguralis hanc diſcutere ſententiã, qvæ inſimul veram metallorũ generationem, veram principiorum chymicorum &c. doctrinam etiam poſcit: verùm ob moleſtias qvasdam hunc conatum ſufflaminantes alii tempori hoc illuſtre Thema dicare coactus fui: Placebit itaqve hic laconiſmus, donec Aſiaticè tibi ſatisfacere poſſim.

§. 4. Lapis nempe ſeu magiſterium **Philoſophorum** nihil aliud eſt qvàm ſpirituoſisſima metallorum Tinctura & primum ☉ri Ens ex immaturâ metallorum radice enucleatum & appoſitâ operandi ſolertiâ in ſupremam fixitatem diductum, qvod perfectisſimâ ſuâ eſſentiâ volatili adhuc ♂ & ♀ ☉ri, ♃, & ♄bum ☽ti colore ſvavisſimè veſtit fugaci tamen & ignem recuſante, fixatum autem fixatâ etiam metamorphoſi felicisſimè imperfectitudinem dictorum metallorum transmutat, omniumq; naturæ regnorum infirmitates ad plusqvam Solare temperamentum mirando ſucceſſu exaltat. **Solvens** autem **catholicum** in ſpirituali hâc naturâ permanens Spiritibus ſuis metallicis, qvibus qvàm copioſisſimè turget, facillimè, & inſtar aqvæ calidæ glaciem, rigida metallorum utpote ipſi conſangvineorũ corpora in ſuam hoc eſt primam materiam (qvâ, anteqvam congelarentur, in ſpirituosâ volatilitate montium cavernas peragrabant,) reducere, adeoqve in irreducibiles eſſentias transformare qvàm ſvavisſimè poterit, qvod ipſum unicuiq; certè patebit, cui ex fundamento menſtruorum genius, qvorum qvodlibet mixtum proprio gaudet, innotuit. In ſuperiori nimirum planetarum Sphærâ ſcaturit benedicta philoſophici fontis vena, in virtuoſisſimo ♄ninæ viriditatis Oceano virgineũ Dianæ Hermeticæ lac occultatur, unde cœleſtisſimum omnia

aliàs

aliàs naturæ regna reficiens nectar exſugendum venit; cujus qvi majeſtatem ineffabilem ignorat, certò is ne roſarum aut violarum eſſentiam eliciendi rationem funditus callet, nec dignus, qvi informetur, nec dignus, qvi arcana naturæ ſcrutetur.

§. 5. Atq; hæc demum eſt Medicinæ Adeptæ, ut vocant, excellentia; in hiſce arcanis vertitur nobilisſimus ipſius cardo, non autem in ductuum lacteorum aut circulationis inventione, qvod ridiculè ſatis ſibi perſvaſit qvidam Medicinæ Licentiatus, cujus nomen heic libenter reticeo, ne laureolam in muſtaceo qværere videar. Hæc, ut cum *Helmontio* elegantisſimè loqvar, ſunt majora illa Arcana, qvibus vis naturæ dotalis ſupernè eſt inſtillata, qvæ puritatis & ſubtilitatis encomio glorioſa omnem morborum tyrannidem ex æqvo ſupplantârunt, unoq; reſtaurantis vitæ compendio in univerſalem ſic medicinam ſurrexêre: qvæ qvaſi ipſam animam [puta medicam, de qva vide *Hoffmannum*] alloqvuntur, & abjectas veluti ſemel habenas in manum Achei reponunt.

Tr. Adit. præcluſ. ad cond. viſcer. §. 7.

Tr. Confirm. morb ſed. in anim. ſenſit. §. 2. Tract. Ort. imag. morboſ. §. 12.

§. 6. Qvis itaqve juſto indignationis zelo non detonaret in mirabiles ingeniorum qvorundam lemures, qvi plusqvàm felleis calumniarum ſarcaſmis ſanctæ hujus Medicinæ divinitatem contemnere omnibusq; impetuoſi ſtili aculeis mirùm qvantùm vulnerare non erubeſcunt. O livor impius! Egregium ſanè facinus, qvum Ars non habeat oſores niſi ſordidè ignorantes. Magna animi paupertas eſt ignorantia, ſed multò majus illud vitium, qvo ignorata culpantur, perſtringuntur ac ſpernuntur. Sed tolerandum hoc aliqvantulum adhuc eſſet in illuſtribus qvibusdam viris, qvi nunqvam intermoriturâ ingenii famâ Solis utramqve domum implent: aſt planè deteſtandum & vel ſcuticâ dignum ſcelus in nonnullis minorum gentium deillis ex merâ & ſimplici conſentiendi ignaviâ hæc etiam ridentibus, cum tamen in genuino hujus doctrinæ fundamento plusqvàm lippi & tonſores deprehendantur. Ubi non poſſum non prædictum etiam Medicinæ Licentiatum in veritatis ſemitam deducere, qvi ſanctos hosce Philoſophos neſcio qvâ autoritate planè ex Chymicorum & Medicorum coronâ eliminans in Non-Medicorum, circumforaneorum, imperitorum deſtillatorum, imò planè ſagarum & cacodæmonis ipſius claſſem iniqvisſimè reponit, benedictam hanc Panaceam miram

appel-

appellat vanitatem & vanum miraculum, inerme Azoth, plumbum aliàs Hiſpanis notatum neſcio qvantis conviciis proſcindens, magnale qvoqve & Alcaheſt *Helmontii* miro contemptu ex merâ ignorantiâ rejiciens. O maledicta ignorantia! O turpiſſimum judicium, qvod ignorata contemnit ac perſtringit. Diſcat modò prius optimus ille, qvid ſit panſpermia ſeu ſpiritus mundi univerſalis, fortitudo illa fortitudinis fortisſima jam ab Hermete commendata: Diſcat modò, qvotuplex proles Saturnia alba Philoſophorum vocetur columba, & deſinet plumbum inerme Azoth appellare, non contemnet amplius miraculoſisſimum Helmontii & Theophraſti magnale, nec reſpuet virtuoſisſimum liqvorem Alcaheſt à nobis tantoperè laudatum. Diſcat cryſtallos ex ☉e & ☽a concentrare, magneticum totius mundi colloqvium rimari, mortua inferioris Olympi mixta vivacisſimo cœli philoſophici nectare revificare, Omen, ⊕lum &c. ex aſtralibus cœli plagis allicere, adeoqve præpotenti, ut cum *Theophraſto* loqvar, cœlo ægrotorum lectos accedere: & illicò aliam cantabit cantilenam. Tanta nimirum, ſi arcana Hermetica divulgare Jatroſophis licitum eſſet, hujus Philoſophiæ eſt certitudo, ut riſu potiùs, qvàm refutatione digni videantur negantes.

CAPUT XII.

Diætam brevisſimè enucleat.

§. I.

SAtis ſuperqve jam duobus curationis fontibus refocillati ultimum paucis libamus, diæteticum videlicet, cujus rigore jam dictis arcanis ſtipati eqvidem vix indigeremus: aſt cum canere inter Philoſophos nondum oracula poſſimus, hujus etiam benignam ſcaturiginem conſulimus, qvam prolixitatis cavendæ ergò utpote ubivis obviam heic planè omittentes lectorum curioſitatem ad Practicos ablegamus, & ſic pro ingenii & temporis inopiâ noſtro affectui Colophonem imponimus.

D. O. M. S. G.

Errata inſigniora.

Pag. 3. l. penult. â deleat. p. 5. l. 16. indigitatur. p. 8. l. 16. idem pro idea. p. 14. l. 1. fin. omiſ. ſuasq;. l. 6. cujus pro qvi ſuas. p. 31. l. 17. pharo pro clarore. p. 35. l. 13. posſis. p. 39. l. 11. perſecut. pro perſeqvi.